I. Tim. I. 7. 8. 9.

Scimus autem Legem esse bonam, si quis eâ legitimè utatur, hoc sciens nempe legem justo positam non esse, sed ex Legibus, & iis qui subjici nolunt impijs, & peccatoribus nefarijs, & prophanis patricidijs, & matricidijs, homicidijs, scortatoribus, masculorum Concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, perjurijs, & si quid aliud est, quod sanæ Doctrinæ sit oppositum.

Exhortatio Philippi Melanctonis optimè de Eccla Filii Dei, ejusque Scholijs merenti ad Scholasticos.

Sæpe Vos hortamur, & obtestamur, ut propter vestram salutem faciatis Vobis textus Biblicos familiares. Quando mane surgitis recitatis precibus vestris legitimum Cap. V. T. cum aliquo Psalmo; Vesperi unum ex Novo, sive intelligatis, sive non, tamen aliquid inde discitis, & proderit vobis illa lectio, accendit enim invocationem augetq. fidem. Est igitur valde magna bestialis vita, & barbaries surgere, & ire cubitum sine cogitatione rerum divinarum. Videbitis puniri mundum propter carnalem securitatem, & vebi Dei contemptum, & nos omnes sentire pœnas, quas ut filijs Dei leniat toto pectore oremus.

115 130

LEGES COLLEGÏI ALBENSIS BETHLEN-RÁKOTZIANI ANÏ, ANTÏQVÆ.

LEX I.

Ab Omnibus Reipub. hujus Nostræ Literariæ Civibus, & Alumnis Domesticis pariter & Peregrinis diligenter, & serio requirimus, ut pietati Deo debitæ, ante omnia memores semper, & ubique ita vitam Suam & Actiones instituant, ut Dei gloriam, & Honorem sibi propositum, semper habeant juxta illud: Omnia ad gloriam Dei facite. Item: Sic luceat lux vestra, ut glorificet Pater Vester Cœlestis.

II.

Suam autem pietatem, Deo, & Dominibus quilibet in Solemibus Ecclesiæ Conventibus testatam faciat; quales sunt: Sacræ Contiones, & Cæremoniæ Hymnor. Divinor. in Ecclesiâ peragi solitæ: preces Vespertinæ, processiones Funebres Lectiones publicæ &c. quorum Congressuum omnium finis, & Scopus Dei gloria, & celebratio existit. Hæc ut felicius præstari possint, monemus omnes, & singulos Nostræ ditioni Subjectos, majores pariter, & minores, ut audito Si-

gno

gno, absq; ullâ morâ suis ædibus egrediantr, ut ita decentius catervatim templum ingredi possint, euntq; autem vultu compos„to, sine clamore incedant

III.

Hæc ergo unusquisq; inprimis amet, libenter adeat, frequen„tet; ac in iis ad laudes divinas celebrandas os aperire non erubescat, illud certo persvadens, se non coram aliquo mundano Principe, pedem eo loci fixisse; Sed coram Omnipotente Deo, qui corda, & renes hominum Scrutatr, & coram Angelis Dei, qui ad juxta ejus capessenda presto ipsi semper adsunt, cons„titutum esse.

IV.

Ideoq; vultu ad pietatem composito, & incessu decenti, hoc est nostro ordine convenient: a curis, & sollicitudinibus mundanis, maxime autem ab impuris, & illicitis cogitatio„nibus vacuo, & alieno, oculis placidis, & verecundis, non autem vagis & procacibus, in sua quilibet statione placide, & ci„tra alior offensionem & injuriam rem divinam peragat; Sic, ut & Deo nostro pietas probari, & omnis occasio Scan„dali, & nostrum ordinem calumniandi, & vituperandi caveri, & evitari possit.

V.

Sed & externa conversatio professioni nostræ congrua, hoc est Sancta, modesta, & casta ubiq; esse debet, maxime autem in Oppido, ubi quot Spectatores, tot Censores morum & Conver„sationis nostræ. Quare quilibet nostrum sibi diligenter præca„veat, ne levibus, & futilibus, quibuslibet de causis Scholæ limen ex„cedens, in Oppido passim oberret, aut in foro Spectabundus ob„ambulet, aut privatas aliorum ædes frequentet, maxime vero in nocturnis horis ne extra Scholæ parietes vagetur, aut no„cte transigat, Sic enim fiet ut occasio malorum evitari, & no„stra existimatio, suspicione carere, ac deniq; Studia nostra feliciùs progredi possint.

VI.

In Scholâ, nostro ordini finis a Deo propositus as„sidue ob oculos versari debet; ac proinde Lectionibus, repeti„tionibus unusquisq; diligenter adsit. Denique exercitiis, qualia sunt Stili exercitatio; Sermonis Latini usus; memoriæ exer„citium, quæ tria Studiosos felicissime, acutissime promovere conveniunt, assidue invigilet. Scholasticus enim est perso„na divinitus ei hoc ordinata, ut doctrinam de Deo, bonas deinde artes, & Linguas Ecclesiæ, & Reipc. profuturas per„discat.

MS 196

VII.

Quo felicius autem hæc omnia perfici possint castam u„
nusquisque, sobriam, & piam in hac nostrâ Societate, in quâ non ni„
si honesta & legibus concessa licent, vitam degat, absint compota„
tiones nocturnæ; clamores cyclopici, jurgia, lites, controversiæ di„
gladiationes, & futiles armorum gesticulationes; convitia item quæli„
bet fœda, præsertim enormia, quæ maximopere nostrum Ordinem de„
honestant. Horum enim confectatores, in ultricem primum omni„
um iram Dei Omnipotentis incurrent; pœnas deinde meritas
pro violatis legibus a Rectore Scholæ, nulla spe veniæ au„
ferent, ac si ex re ita poscat ad Magistratus Politici tribunal
summâ cum ignominia devolventur.

VIII.

Cum autem charitas, & amor mutuus sit vinculum pa„
cis, & concordiæ, det unusquisque operam, ne odia, & simultates
alendo, & fovendo erga suum fratrem, locum det Diabolo. Si ve„
ro quis per alium offendatur, serio prohibemus, ne ad privatam
vindictam animum inducat suum; verum ad Rectorem illud
deferat, cui-mature negotium aperiat. ut quam primum malum
tollatur, & si quæ suboriri ex ea re, communem lætitiam, &
tranquillitatem possent, iis obviam iri, in tempore possit.

IX.

Qui hanc nostram Scholam, morum, & studiorum imbiben„
dorum causâ ingrediuntur apud Rectorem Scholæ sua nomina
profiteantur cum bono conscientiæ testimonio, unde, & quomodo,
& quâ viâ huc appulerint; & suam obedientiam legibus Societa„
tis hujus promittant. Qui autem ex eâdem emigrare quavis de
causa statuerint, ut honeste id faciant, salutem scil. per missum Rectoris re„
citata in extremo discessu gratiarum diligenter, ac serio ab omni„
bus requirimus. Receptos vero intra terminum anni s: nisi gra„
vi discessûs sui causa, recitatoque oratione s: nullo pacto dimittemus.

X.

Si quibus puerorum, & adolescentum cura demandata est, ne„
minerint eam operam, quam in eos insumunt Deo accepti-
stigandis iis mediocritatem observent, interim tamen caveant, ne in„
dulgentiâ suâ, ad segnitiem, ansam illis subministrent. Deinde
nullus studiosorum alicujus pueri curam inscio Rectore, aut sus„
cipere, allicere, aut abjicere præsumat.

4.

XI.

Suo cujusq; existimatio sarta tectaque maneat, nemo in alienam vitam, mores, existimationem, & studia censoriam sibi pote-
statem arroget, neve alter alteri, calumniij, convitij denominatio-
nibus iniquij apud Praceptorem delationibus, versiculij, & epigram-
matij, aut id genus ignominiosij injurijs molestus esse pergat; neq;
rem bonaque alterius etiam levia clam surripiat, sed quemadmo-
dum caritas, & pietas postulat, proximi sui bona conservet, & custo-
diat. Lucurgus enim salutaria hæc nostra monita, impudenti, & pe-
rito fronte contemnentes, aut non eâ quâ par erat reverentia æ-
stimantes transcenderint, non deerit nobis ratio, & auctoritas, quâ
talium pervicatia inordinata coërceatur, & in ordinem redigan-
tur; aut certe quâ ex hac Scholâ nostra, quam honestor. &
pietatis amantium juvenum domicilium, non autem latronum, &
profligatæ, profanataque vitæ hominum receptaculum esse affir-
mamus, non sine gravi Nominis sui dedecore proscribantur.

XII.

Dimissio adhæc puerorum communis esto, neve aliquis sibi in hanc
rem, privatam auctoritatem arroget, sed tempus illud, quod ei rei de-
putatum est ab omnibus expectetur, quo adventante, aut ipse Rector
aut Collaborator dimittit Scholæ prodituros etiam in suum aut
in templum, ne in cubilibus detineant. Qui enim hac ratione
suam Societatem iniquos; ac proinde Rectori Scholæ injurios
esse.

POENÆ TRANSGRESSORUM.

I.

Noctem extra Scholam præter fas, & decorum transigentes privabuntur
primum quidem duobus, deinde tribus quadrantibus; si tertio idem facere
præsumant, ab hac Societate proflig abuntur. nisi Rector cognita, & perspe-
cta loci honestate, & occasionis necessitate, quæ id facere aliquem cogat, ido-
neam circumstantiam, pro sua æquitate, & ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ aliqua uti velit. Ei-
dem pœnæ subjacent, qui sepimentum Scholæ transcendere tentaverint.
Idem judica de alienâ clave intromissij, & intromittentibus.

II.

Ob ebrietatem, sive hic in civitate, sive alibi in loco publico templo excepto vomitum faciente Dr. 50 privabuntur, & cœtum complacare tenentur. In Scholâ vero idem committens, vitii Dr. 25. mulctabit. & in facie Sedis veniam delicti impetrare cogetur. Si vero in templo fiat cum maximâ ignominia e Societate nostra removentur.

III.

Negligentes chorum diebus profestis Dr. 3. Festis autem Dr. 5. pro singulis neglectis deponunto.

IV.

Funera generalia negligentes tribus particularia duobus nummis privabuntd.: interim tamen habita ratione temporis lutulenti, aut frigidi, Dei pœna exasperabitur.

V.

Omnes Scholæ Nostræ Cives, & incolas, lectionibus, examinibus, & repetitionibus, disputationibus, aliisque exercitiis Scholasticis, non ossa tanter interesse jubemus. Contemptor pro Lectione una Dr. 2. pro examine Dr. 3. pro repetitione Dr. 4. pro neglecta hungarica prolectione Stili Dr. 2. pro neglecta Stili translatione, quantum in se accurata Dr. 5. pro neglectis precibus vespertinis Scholasticis Dr. 2. Lector Dr. 4. aut post versum primum decantatum ingressi Dr. 1. pro neglecto excitatorio Dr. 5. pro disputatione denique Opponens Dr. 6. Respondens Dr. 25. deponito.

VI.

Maximo incommodo Studiosorum usus Linguæ Latinæ negligitur, ideo serio jubemus, ut quilibet, quibuscunq; diebus, & horis eâ diligenter utatur, ut ita qualemcunque comparet sibi facultatem latine loquendi. Contemptor pro quovis errato dimidium nummum deponito. Qui contumax deprehendetur, posthabitaq; ratione humanitatis, & obsequii, garrulus Hungaricus offendetur, pro qualitate delicti, nisi gravis quispiam causa subsit punietur.

VII.

Qui petita venia a præceptore aliquo abeundi, plus æquo & promisso illuc moratur, pro ratione moræ privabuntur.

VIII.

Pueros indigenos, & extraneos, nemo recipere, aut receptos dimittere sibi præsumat, nisi voluntas, & commendatio Rectoris intervenerit, contemptor Dr. 10 deponito, & puerum dimittito.

IX.

Receptos legitimè ad instruendum pueros, quilibet, quantum in se est diligenter & pie informato, Orationem Dominicam Symbo„ lum Apostolicum, Decalogum, Benedictionem mensæ gratiar actiones, & id genus alia pietatis puerilis exercitia, expositionem item Seriam Evangeliorum Dominicalium nemo negligito. Petu„ lanter, & vesanter immoderatè pro temperamento corporis, & na„ turæ flagris excipito. Contemptor pro qualitate pumetur.

X.

A' furtis, rapinis, incendiis, cantionibus immodestis, Lusibus Musicis vociferationibus immoderatis aliis Studia turbantibus; horto„ rum depopulationibus, Commessationibus nocturnis, maximè extraneis, Destructionibus ædificiorum Scholæ, Deambulatio„ nibus in oppido, i: ex quibus quanta plerunq; eveniant mala, malo nostro sæpe cognimus i: quibus abstineto. Con„ temptor absq; ulla Spe veniæ, dignâ & commerita pœna mulctabitur.

XI.

Quicunque in patrem suum gladio, sive sobrius, sive tumulentus insurrexerit, evaginato præsertim gladio, bombar„ dave onerata, & ad exonerandum præparata. aut alio quovis genere armorum, virgis severissime cæsus absq; ulla Spe veniæ e Societate nostra profligabitur.

XII.

Eadem pœna manebit eum, qui alterum ad arma & diglationem futilem provocaverit, hoc addito ut ecce provocans, quam provocatus si prohibit mulctatur; Si autem provocatus mi„ nimis sui existimatione non cauturus nostram & Gautor. no„ stror. benevolentiam sibi conciliabit.

XIII.

Ludivis convitia ingenuos, & modestos juvenes, pariter, & adoles„ tes Serio cavere jubemus: Sed maxime omnium tetram & horrendam impiam Diabolicam illam conviciandi formulam, quâ Deus in faciem pla„ phemiat. i: quamvis militibus ii abuti sit familiare i: Contemptor si lapsu linguæ, & præcipitantia tale quidpiam tentavent, prima vi„ ce Dr. 25. & publicè per declamatiunculam, petita a Rectore, & Scholæ venia. Secunda Dr. 50 et ruisus petita venia mulctator. Tertia vero vice, absq; ulla Spe veniæ maximo cum dedecore nominis sui, ejicietur.

XIV.

Ut mutuus amor inter bonarum artium studiosos conservetur, moneamur universos, & singulos, ut quilibet pro qualitate persone juxta officii sui postulatum debitum omnibus honorem exhibeat Nam honor non tam est honorati quam honorantis, ut scite quidam dixit.

XV.

Hæc vero omnia quæ hactenus dicta sunt universi & singuli ad sese, i: ne unico quidem excepto i: pertinere arbitrentur: negs; ullus sibi, si quid contra hos superiores articulos committat, impunitatem promittat, sive is sit peregrinus bonarum artium studiosus, sive civis Scholæ nostræ, sive Pedagogus, qui pro uberiore studiorum suorum mercatura hic commorabit.

OFFICIA SENIORIS.

I.

Senior Scholæ hujus omnia quæ communis sunt Societati, deogs; totius Scholæ existimationem, salutem, & incolumem conservationem concernunt, quantum in se est fideliter curabit. Ideoque ea bonâ fide & diligentiâ seriâ, i: cum Collegâ suo Contrascribâ i: rem communem tueatur, & curet, quam ipse Rectori, & Alumnis Scholæ dextera fidei ipsius tesserâ coram universâ congregatione, atqs; adeo in conspectu Dei, Opt. Max. & Sanctorum Angelorum promisit.

II.

Membra quoque hujus Societatis omnia, nulli prorsus exceptis, debitum Seniori deferant honorem, nam si quis proterve, & contumaciter huic sese opposuerit, in iis potissimum, quæ ad communem utilitatem conservandam, augendam, & amplificandam fecerint, &

8. Si hoc negotium in aures Rectoris pervenerit, ab illo prius causâ cognitâ severe in eam animadvertatur.

III.

Senior in procurandis bonis communibus, non tam Rectori Scholæ & Societati huic fidelitatem, & industriam suam, sed potius omnipotenti Deo, & Conscientiæ suæ probari conetur: justitiam & æquitatem in conservanda communi pecuniâ, & dividenda eâdem & aliis id genus communibus bonis absq; ulla προσωπολημψια, proterquam ordinata colat, & observet.

IV.

In puniendis Transgressionibus Articulorum Dorum Senior in omnibus Scripta Legum Sequat. eaq; absq; ullâ prorsus indulgentiâ diligentissime prosequat. Præterea ipse quoq; singulis membris istius Societatis debitum Honorem deferto. Aestivis hybernisque mensibus a precibus semper portam sera muniri per Oeconomum curet, clavesq; ad se recepta, in nullius deinq; gratiam, absq; Scitu, & permissu Rectoris eandem patefieri permittat.

V.

Si denique contingat /: quod Deus avertat /: ut in notam infidelitatis, Senior, & Collega ejus, non errore quopiam, sed data operâ incurrerit, & sese purgare non potuerit, uterq; ex æquo maximo cum dedecore Nominis sui severissime pro suis mulctam a nobis segregabunt.

VI.

Privationes omnes in communem Alumnor. & Privator usum fideliter a Seniore & Contrascriba exigant. & utrisq; æqualiter dividant.

OFFICIA CONTRASCRIBÆ

I

Eadem fidelitas in Contrascriba quoq; requirit quæ in Senione: alioquin decedet gradu.

II.

Ad eundem peculiariter pertinet, nummos astationij, & Cantationij diligenter, & fidelitèr numerare, numeratos ad Senioren in publicum erarium transferre, numerum eorum bonâ fide assignando.

III.

Eiusdem officij est a Choro absentes in generalium fure„ rum deductione observare: eo tamen absente negligentes notare poterit fidelitèr Oeconomus.

IV.

Contrascriba etiam officium est Astantium in choro, Oeco„ nomo. in Scholâ diligentem habere rationem: Ad hoc ex obser„ vatione Contrascribæ fideli, quicunq; Studiosorum tardius, quam par erat, aut in chorum, aut, aut in exequias funerum prodibit, obolo, aut nummo pro ratione tarditatij punietur.

V.

Peregrinantium quoque ab eodem ratione habita, si qui post tertium diem aliquot dies abfuerint, pro Singulis diebus Singulorum nummos: Si verò Septimum quoq; adjecerint diem, pro Singulis Septem diebus privationi Denariorum decem subjace„ bunt.

OFFICIA OECONOMI.

I.

Ad officium Oeconomi pertinebit, dato ad precy signo finitisq; precibus diligenter unum quemq; absentium notare, tandem & portam sera apposita occludere, ut qui se maturius domum non contulerint, foris emanere cogantur, quorum nomina ut ab eo diligentissime notentur, ad Seniorem„ deferantur. Sedulo operam dare debet. —

II.

Circa tertiam & quartam Horam matutinam ita omnes ad Sua, Studia tractanda excitentur Oeconomus excitatorium det. Tempus autem diligenter animadvertat, ne nocte mediâ, aut Sole jam jam exorituro id ipsum faciat, aut negligat. Qui enim id tentaverit, pro multâ Supra Scripta premium accipies.

III.

Ad Oeconomum pertinet etiam eorum nomina diligenter annotare, qui publicas Lectiones levi de causâ negligere non verent.

IV.

In procipionibus etiam funebribus ad eum pertinet pueros dirigere, ac operam dare diligenter, ne clamores eorum in plateis exaudiant.; quin potius ut vultus ad pietatem composito canant quam diligentissime. Deinde pro more solito singulis diebus mercurii, & Saturni, aream Scholæ & Communitatem optime demundari curet. Quod si negligat Dr. 6. privabit.

V.

Officium Œconomicum Die Sabbati declamatione recitata resignabis. Segnes Dr. 16 privabunt.

OFFICIUM EXPLORATORIS.

Pingues triginta dies Cantationes, quilibet Explorator diligenter, studiose, & fideliter perlustrabit: detqꝫ operam ne, quam reducat. Contemptor primo Dr. 8. Secundo. 16. Tertio. pluribus datis negligentiæ, & desidiæ sub pœna. —

APPENDIX.

Divisores publicos bonorum imprimisq; Stipij menstrua duo in hac Scholâ, eosq; non privatos aliquos Dominos, verum Seniores & Contrascribam, ministros Symbolo fidei, ad hoc munus admini-strandum, delectos Sancta constitutis Antiquitas, quibus pro la-bore, circa bona quidvis Societatis istius: Seniori pro conser-vatione, & administratione bonorum publicor. Singulis mensibus vigesimâ (quinta) years ex consvetudine majorum. Idem si quando vi-num Senior precio divenderit, vigesimam partem habeat, & liberum sit, sive egrediatur ipsemet ad Decimas exigendas Kebnekinum, sive alios emittat, qui fidelite eadem per-cipiant. Fecis tamen vini Præbendalis, tum Alumnor. tum Privatorum, Præbitor Ordinarius pro suo labore accipiat Soly, & habeat. N. B. Contrascriba autem Monetæ adulterinæ, non sine gravi causa destinatus Sunt. Atq; Sive purgamentum frugum Privatorum edat in partem de-cimatorum Kelnekini. –

Antonius Cluevarra.

In eo summum Dumaui politicæ bonum consistit, ut Su-am quisq; & Domum præclare, & modeste & vitam recte instituat.

GABRIEL DEI GRATIA S. R. I. & TRANSILVANIAE PRINCEPS, PARTIUM REGNI HUNGARIAE DOMINUS SICULORUM COMES, AC OPPULI, AE, RATIBORIAE, Q. DUX.

Universis, & Singulis Rectori Primario, & caeteris Praeceptoribus, Alumnis item Nostris, ac quibuvis Studiosis Nostri Collegii Albensis Transylvanici — Edictum hoc nostrum in certos Sequentes Articulos redactum, ac ad reformandos, & tollendos excessus Daeteny non sine Scandalo dominantes extradatum; ut debito cum obsequio inviolabiliter observeth. Clementer injungimus:

Rectori & Praeceptoribus.

Rector, caeteriq; Praeceptores timorem in primis Dei nostros deinde in Scholarum quotidianos, memori semper revolventes mente, suam & inter exteros, & inter Scholasticam immaturam juventutem ita instituant conversationem, ut nec exteris Scandalum ullum, aut calumniandi ansam praebeant, nec Studiosae Juventuti in mores pravos, exemplis suis malis, januam aperiant, Sed omnibus pio, ac honesto Conversationis suae exemplo provehi prelucceant.

Nullas inter se Simultates foveant, aut rixas coneitent, ab ignominiosis, & injuriosis denominationibus abstineant, multo minus fortis se proscindant convitiis.

Tan-

rancorosas, & contumacey contentiones, oblocutionesq; preser-
tim in presentia auditorum eviteut: neque alter in alterius
hypocaustum ad verbalem, vel armatam contentionem, con-
tatem mutuo tueantur. Defectus leviores ex infirmitate ob-
ortos, pallio caritatis contegant: & si cui ab aliquo in-
tolerabili fuerit illata injuria, privatam nequaquam exer-
ceat vindictam, sed rem totam ad Superiores deferat,
quibus ut omnes controversias, qualitercunq; emergentes in-
ter ipsos complanent, justitiamq; cibra omnem perso-
narum respectum administrent, benigne a nobis injun-
ctum est, & sufficiens collata auctoritas. -

Contra veram, & Reformatam Religionem ad osten-
tationem ingenii, inconvenienti, & contrario Zelo, vel ad men-
sam, vel aliâ quavis occasione, coram exteris contentiose
ne disputent, ne aut sese in Religionis sinceritate suspe-
ctos reddant, aut alijs Scandalum prebeant: in publi-
co nihilominus, si quando in arenam descenderint, Or-
thodoxorum partes, eâ quâ decet industria tueantur, ad-
versarios vero, cum lenitate oppugnent.

Rector in Collegio, omnia ex consensu reliquorum
Præceptorum agat, eosque non pro Servis, sed Conservis & collegis
habeat, debitoq; honore preveniat. Interim ceteri præceptores
in omnibus ei primas offerant partes, ab eoq; dependeant, ac
sicut membra in corpore humano, admirabili quodam Syncretis-
mo coëunt, ac cohærent: ita in emolumento Reip. Scholasti-
ci promovendo coalescant, ac veluti conspirent.

Nullus Præceptorum constitutam sua professionis horam,
nisi justissimis, ac gravissimis de causis, negligat, sed quilibet di-
dat probatam, ne quid reliquum sit, de quo vel discipuli me-
rito conqueri, vel Inspectores Collegii animadversionem, ac cor-
rectionem aliquam jure instituere possint.

Nemo Præceptorum peregrinandi non necessarij sus-
cipiat tempore præstituto sinistris apto, & convenienti. Cum enim
temporis jactura irreparabilis sit, vel pretio redimi debet. Si
quis tamen summa urgentissima necessitate id facere cogatur, non nisi
Superioris scitu, & permissu faciat, præstituto si peregre sit

pro-

profecturæ, quo possit debita Classi ejus rão haberi.

Discipulos alienæ Classis, ut alterius injuriam & præjudicium, nemo præceptorum ad se allicere præsumat, ne inde factiones & rixæ oboriantur, aut confusio fiat Classium, Sed unus quisq; iis sit contentus, quos legitime vel in Solenni promotione, vel ex arbitratu & dispositione Rectoris adeptus est. Quod tamen non eo spectat, publicas Lectiones & disputationes adeundi libertas ut tollatur.; illis enim singulos oportet interesse.

Procerum, & Nobilium filios sub institutoni commissos, non solum per Collaboratores, aut privatos præceptores informari curent, verum ipsimet quoque privatim & publice singulari diligentia instruant, studiq; industria, ac fidelitati in illos ingens & quavis occasione utilia exhibeant indicia. Caveant vero ne tenera illorum ingenia, vel Grammaticos prolixij Commentarijs, vel Linguarum illis non necessariarum puta Græco Hebraicq; difficillimis præceptis obruant, nisi aut naturalis eorum inclinatio, aut parentum ferat voluntas. Deut potius operam, ut omnia artium Liberalium præcepta, in breviculo Compendio illis addiscenda, proponant, quorum sensum studiosus, quam superficialia verba mentibus illorum ingerant atq; inculcent: Cum primis vero in Articulis Fidei Christianæ eos recte informent: In stilo, ac facultate Oratoria, quam diligentissime exerceant. Hæc enim illis maximo florent usui.

Haud immerito vulgari jactatur proverbio: Nimiam familiaritatem Contemptum parere. Quod etiam Rectoribus, ac Professoribus Scholarum, non raro usu venire solet, dum scil. frequentationem, eamq; non necessariam sectantes, cum Discipulis conversationem, ac computationem. — Ne igitur suam ipsorum auctoritatem, apud Scholasticam Juventutem prostituant, singuinam non solum auctoritas illorum manebit, sanctaq; tectaq; vera Juventutem quoque ipsam, exemplo suo laudabili longe efficatius, quam legibus ad omnem virtutem sectandam movebunt.

In castigandis delinquentibus modum non excedant, neque animos discentium nimia severitate, & plusquam barbara immanitate, a sese abalienent: quin potius severitatem, paternâ lenitate contemperent; ac in delinquentes juxta leges Collegii animadvertant. In gravibus vero causis Inspectorum Consilia adhibeant.

Ab re-

t' frequenti in civitatem excursione, & cum personis suspectij conversatione abstineant; & si quando in loca exierint honesta, sese ut Theologiæ candidatos decet, verecundos, & sobrios exhibeant, honestatij limites non excedant, choreis & saltationibus sese non immisceant, mulieribus præsertim suspectij non confabulentur, multo minus eas clam, vel palam vellicent, & contrectent; sed officiij sui semper memores, tempestivè se Domum conferant. ac ad labores suos Scholasticos redeant.

Ex Collegio Cenopolium & Tabernam facere indignum omnino, imo profanum judicamus esse. Quanta enim malorum seges inde exoriatur facile est cuivis dijudicare. Vinorum itaque in Collegio eductionem strictè prohibemus. Vina nihilominus ex Decima Helnekensi provenientia educillare permittemus, sive id fiat libero, sive prohibito tempore: modo fraus omnis absit, & congruo fiat termino; quod Juratus Collegio Senior fideliter observet, & si quam suboluerit fraudem, Submissione fidei & honorij ad Superiores deferat.

Nomina Peregrinorum noviter Supervenientium Rector non solum recognoscat, verum testimonium quoque omni suspicione alienum ab iis fideliter exigat, nec quempiam in Cœtum Scholasticum aggreget, nisi prius honestam ante actæ vitæ suæ conversationem fideli testimonio rediderint probatam. + Ubi vero idoneo testimonio ornatum receperit, antequam Præceptorem, & Classem ei assignet privato quodam examine diligentissime eruditionis illius profectum exploret, quo possit dijudicare, in quamnam collocari debeat Classem.

× Cum quadragenarius Alumnorum nostrorum Numerus identidem decrescat, nemo vel Præceptorum, vel officialium Scholarium privatâ auctoritate eum supplere audeat: Verum Rector Scholæ ex consilio Superiorum, ac Collegarum maximè cum delectu ex iis suppleat, qui aliquâ bonæ suæ expectationis præseferunt indicia, ne beneficium nostrum, ad gloriam Dei, & Ecclesiæ suæ emolumentum, alacri à nobis animo, pioque zelo collatum in fucos, & indignos profundatur. — Novitij vero non nisi in moribus, & eruditionis profectu bene exploratiⁿ recipiantur.

ALVMNIS.

Nemini in Numerum Alumnorum Nostrorum cooptato ante completum ami integri terminum decedere, multominus limina Collegij finaliter excedere permittitur, nisi inevitabilis urgeat necessitas, quo in Casu arbitrio, & judicio Superiorum res dispiciatur.

Cum-

Cum pecunia Angarialis semper prænumeretur ad menses tres subsequentes, accepta pecunia Angariali, Nemo ante completam Angariam discessum ex Collegio moliatur. Quodsi quis urgentissimis impulsus rationibus id facere omnino cogatur pecuniam residui temporis jurato Collegii Seniori restituere teneatur, nisi Superiorum accedat indulgentia. Eamq; Senior bonâ fide Successori illius conferat, aut si alicujus illico surrogari nequit, fideliter ad futuram divisionem conservet.

Accepto amictu quilibet Alumnorum Nostrorum a die quo illum accepit sese ad integrum anni spatium in Alumnia perseveraturum obstrinxisse; proinde Nemo vestitus ante statutum ante terminum constitutum alio migrare, nisi ex singulari & clementi nostra indulgentiâ.

Quoties pecunia Angarialis solito termino extradata distribuenda venit, Senior, & Coubascriba, non prius Alumnis distribuat, quam publica Censura industria eorum fuerit explorata, sive per Rectorem, sive per Superiores.

Alumni præceptorum suorum Lectiones summa cum diligentia frequentent; suam in discendo industriam, quilibet ita reddat testatam, ne cum dedecore sui tempore communis Censura ex alumnia eliminetur, & in privatorum numerum relegetur.

Intra unius Angariæ cursum, h.e. trimestri spatio, si quis Alumnorum in suâ classe lectiones decies neglexerit /: quod Præceptorum erit diligenter observare /: ex Alumnia degradator, nisi absentiæ justam & æquam reddat rationem.

Intempestivas Compotationes, ut omnes Alumniæ Nostræ Civium mores, cum jactura Studiorum suorum, ante tempus inique abliguriant sedulo prohibemus, & talem post unam atq; alteram admonitionem, Alumniâ excludi omnino præcipimus.

Pincernam, seu Præbitorem /: ut vocant /: ut in exhibendo, & distribuendo demenso, eâ quâ decet fidelitate versetur, Sacramento juramenti obstrictum volumus; ac ut ordinarium demensum, suo cuilibet die exhibeat, eo vero die levare negligentibus postea deneget, multominus dierum subsequentium demensum cupiam exhibeat, serio præcipimus.

Si quis Alumnorum Præbitori pro indebito demenso extorquendo molestiam creare attentarit, unius Septimanæ demenso privator.

Hæc pro nunc, & in perpetuum in formam Legum Auctoritate nostra Principali redigantur, & ab Universis, serio Observentur una cum Legibus Collegii antiquis

FORMVLA JURAMENTI PRÆBENDIS.

Ego N.N. Præbitor Collegii Albensis, promitto me, am in omnibus rebus ad hoc officium pertinentibus secundum vires, fidelitatem, & æquitatem, cum primis vero dignam erga Superiores obedientiam, in procurandis, & distribuendis prebendis fidelitatem, & æquitatem: At ordinarium demensum suo cuilibet die, citra ullam προβωλεπσιν exhibiturum, eo vero die diligentissime negligentibus denegaturum, multo minus dierum subsequentium exhibiturum, non dissipaturum, nec in usum proprium conversurum: Deus, qui Unus est in Essentia, Trinus in personis ita me adjuvet.

F. J. SENIORIS & CONTRASCRIBÆ:

Ego N.N. Senior, Contra-Scriba Scholæ promitto me, am in omnibus rebus ad hoc officium pertinentibus secundum vires fidelitatem, & æquitatem; Primum quidem dignam erga Præceptores obedientiam, honorem, verò, & constantiam erga Cives Scholæ hujus. Deinde omnia me communitatis bona, procuratorum, non defalcaturum, nec in usum proprium conversurum, imo pro viribus adauctorum. Justitiam & æquitatem in conservanda, & distribuenda pecunia, & alijs in genus commodis bonis absq; personarum respectu conservaturum. In omnibus præscriptis Legum Scholæ secuturum, aliaq; ad hujus muneris conditionem pertinentia, fidelitèr, juste, & diligentissime executurum — Deus, qui unus est in Essentia, Trinus in personis, ita me adjuvet. — Amen.

LEGES,
&
CONSTITVTIONES
ILLVSTRIS COLLEGII
Reformatorum
N. ENYEDINI
Iussu
SERENISSIMI PRINCIPIS
D.D. MICHAELIS APAFI
Transylvaniæ Principis, Partium Regn. Hung. Dn.
& Siculorum Comitis, &
Industriâ, ac Favore.
SPECTABILIUM GENEROSORUM NOBIL. DNOR. REVE,
RENDOR. CLARISS; ac DOCTISS: DNOR: SUPR: & V: CURATOR:
ERECTAE,
Anno Ultimi Tempor. MDCLXII, Octobr. & Nov. Mens.

VENEDIN

CONSTANTINES

PECES

20

Scholasticus Studens, est persona divinitus ad hoc ordinata, ut Doctrinam de Deo, bonasq; artes, ac linguas Ecclesiæ & Reipublicæ profuturas, in obedientiâ Moderatoribus Debita, perdiscat. — Itaque:

LEX I.

Quilibet Reip. nostræ Literariæ Civis, ubique, & coram omnibus, pietatem Deo debitam, cum omni morum decentia conjunctam, verbis, gestu, & reliquo corporis cultu testatam facito.

II.

Præcipue diebus Dominicis Templum omnes simul audito Campanæ pulsu, ordine decenti, vultuque ad pietatem composito ingressi, rem divinam quisq; loco Suo consistentes, in cantu, precationibus, & Sacris concionibus devote, & citra offensam aliorum audiendis peragunto, pœna Dr. S.

III.

Eisdem diebus, horis ad id deputatis, exercitia Sacra, aut contio omnino in Auditorio majori, quo frequentes concurrant, celebrator. — Concionator negligens, pendet Dr 25. Auditor Dr. 3.

IV.

Finitâ Concione pomeridianâ Cathechisationem, ad responsum paratus, quilibet audito signo, confestim adito pœna Dr. 3.

V.

In precationibus Scholasticis, quilibet compareto, & precentor Psalmo ad pausam continuato, Lector constituta præconcepta formulâ, præcipue pro felici bonarum artium propagatione, earumq; propagandarum mediis; ut Scholæ moderatoribus, Patronis preces ad Deum mittito. Sed caput lectum Studiosis Theologis resolvendum, vel saltem, quo ad minus clara, examinandum, & difficultates movendum, decidendumve relinquito, Lector Dr. 10. Auctor Dr. 2. Tardy Dr 1. privator. — —

VI.

Diebus profestis Studiosi ad id ordinati, vel deinceps ordinandi, in totidem, quot munera eorum patietur classes distributi, per vices hebdomadatim, Novitii autem quatuor primis Septimanis continuo frequentare templum tenentur: Ceteri si voluerint pene ipsos esto.

VII.

Quia necessitate sexui urgente nonnunquam pedes Scholâ efferre contingit, omnes obvios, seu divites, seu pauperes cujuscunq; Ordinis, aut Sexûs debitâ cum veneratione afficiunto; salutare, & resalutare, humanissimis verbis quemq; excipere Scholastico rum decus esse putanto; Aλυξιξ i.e. Scurrilitatis, nugacitatis, & loquacitatis macula ne se produnto, alias severam animadversionem, & pœnas justas non evitaturi. Imprimis autem Collegii Curatores, Directores, Professores, Fautores, Ecclesiæ Pastores debito cum obsequio, & reverentia, tam domi, quam foris, prosequuntor, eorumq; existimationem, quantum in se est, quilibet tuentor. –

VIII.

In vestitu, & reliquo Corporis cultu mediocritatem quisq; sequitor; ne nimia profusione Studiis officito. Nemo Rheno clamyde in foro, aut platea publica Spatiator. Pœna D. 5. Nemo vestes infrequentantium præcipue humero, nisi ob longitudinem onerosas, sponte abbreviato. Pœna; careat beneficio. – Nemo etiam Cæsariem longam in oculos provendere, aut circum aures torquere, militari, & futili modo solitam, neque capillitium promissum, aliis nationibus usitatum, alibi. – Pœna, primum gravis reprehensio, & ni obtemperavit, mense quidem pœna D. 15. Secunda D. 25. & si deinceps cum incremento capillorum crescat pœna.

IX.

Nemo in platea ferro succinctus, aut armatus securi deambulato, pœna D. 15. Nemo convitii, aut juramento abutitor pœna D. 10. Secundo: D. 15. Tertio: D. 25. et sic porro gradatim puniatur. Diabolicum convitium D. 75. Secundo: D. 50. Tandem si desistere nolit, exterminator. Blasphemiam ex imprudentia, aut inconsiderate perturbato affectu emittens, primum severissime corripiat. De pecatis

gra

gravitate, & horrore moneantur. Tandem si semel atque iterum admoniti, non desistant, absq; ullâ spe veniæ eliminentur

IX.

Nemo aut loca suspecta, aut Cauponas adito; Nemo hortos, aut vineas alienas populator. Hi Dr 10. Illi 50. post. flor l. privantor.

XI.

Nemo nisi causâ sonticâ abnoctato pœna primum, Dr. 25. deinde Dr. 50. tertio ejicitor. Post octavam vero horam hiberno tempore, æstivo post nonam, Scholam ingressi Dr. 2. inde post horam unam Dr. 5. post duas Dr. 10. post tres Dr. 15. — Cui post duodecimam eorum absentia pro abnoctatione reputabitur.

XII.

Munimen Scholæ sacro-sanctum esto, violator virgis cæditor. Antequam autem munimen erigatur, si quis post habitaculorum perlustrationem extra Scholæ limites reperius fuerit, eum puncti præcedentis pœna manebit.

XIII.

In processionibus, sive funebribus, sive aliis, locum quisq; secundum profectum observato, tam Alumni, quam Expectantes, suo distincto ordine. Modestiamq; ut decet honestatis studiosos, sine risu, clamoribus, & litigationibus, colito. Pœna Dr. 3. Si vero intemperantior fiat excessus pœna manebit acerbior.

XIV.

Quilibet debitum alteri deferto honorem, quem verbis aut gestu inhumanis violans privabitur Dr 10 toties, quoties Quis alios, minis, verbis obscœnis lacessere audent Dr. 15. Quisquis existimationem alterius, detractationibus, iniquis delationibus, libellis famosis, aut vitam armis impetere, vel saltem vexare alios præsumpserit, pro delicti qualitate, & gravitate, temeritatisq; atrocitate punientur Constitutis primus & secundus pœnis arbitrariis, tertio cum diffamatoribus, & aliis sceleratis ejicientur.

XV.

Nihil ædificii publici quisquam dixuito, vel suæ permissu eorum, quorum interest ad se transferto: Pœna restitutio cum reprehensione. Neve quispiam aliquo furti genere vel minimo se prodito, pœna pro ratione delicti. – Nemo item ligna in hypocaustij, aut atriis Scindito, vel alij Strepitu ruinam, aut fornacum, & aliarum Structurarum patrato pœna D. 3.

XVI.

Mundiciei quisque Studeto: Nemo lotium extra Secessum emittito pœna D. 5. multa minus alvum exonerato, pœna D. 10 Interim si a Vigile deprehendatur, vigilia tra„ditione mulctator.

XVII.

Nemo in aream, multo minus alibi, vel discalceatus, vel aperto capite obambulans, vel hesitans conspicitor, pœn. pri„mum D. 1. post D. 2.

XVIII.

Nemo alterius Studium citra ullam necessitatem frequentato, aut aliorum Studia Studicij, aut alio Strepitu turbato: pœna primum reprehensio, post D. 3. Si desistere nolint pœna gravior, ex arbitrio puniendi.

XIX.

In Exercitijs publicis utpote, ut pote Examinibus, Lectionibus pro ratione profectus, quilibet audiendis l. pen. D. 6. l. Declama„tionibus omnes, & Disputationibus, qui sunt capaces sese comparento. Negligens responsionem D. 15. Opponens D. 8. Declamator 15. Auditor 3. privetur. Fuci omni beneficii privantor.

XX.

Linguas, quæ alarum instar exquisitionis merito perhibe„ri possunt, diligenter colunto, ac præter Latinam, quæ sive intra sive, extra Collegium familiaris esse debet, Græcam in sua

qui

quilibet Classe, sine quâ illa intelligi commode nequit /: pœna Dr. 3. /: & denique Hebræam omnes; præsertim, qui Theologiam aspirant /: pœna Dr. 6. /: Si qui autem exercitio earundem subducant se obstinate, beneficium, quo utuntur amittant.

XXI.

Sobriam quilibet vitam, quoad hæc servanda magis sit idoneus degito; Compotationes tam diurnas, quam vero nocturnas vitato; absint clamores Cyclopici; cahimi immodesti, jurgia: Ebrios ergo cum bruta, ex Cœtu Scholastico exterminantor.

XXII.

Quocunque, præcipuè autem Studiorum tempore, in civitate, foro, vel alibi, causâ non necessariâ vel ficta aberrantes, primum Dr. 3. Secundo: Dr. 5. & sic deinceps privantor. Qui autem in pagos, vel maxime propinquos cursitare, sine officialium veniâ, aut Superiorum permissu præsumserint, beneficio illius, quo abfuerint temporis carento.

XXIII.

Garruli, & Contentiosi, primum reprehensi, si porro idem facitent Dr. 3. privab. & sic aucta culpâ, augetor pœna.

XXIV.

Cantilenis illis Spurcis, & prophanis Bacho, Veneri, que dicatis, si qui vel ipsimet utantur /: abutantur /: vel aliis utpote pueris, famulis jusserint canendas, primum Denariis 5. post Dr. 10; tum Denariis 25 privantor.

XXV.

Armorum petulans tractatio, & futilis gesticulatio, evaginatio, iisque facta insultatio, itemque bombardarum, Sclopetorum displosio prohibetur. Pœna primum Dr. 3. post 15.

XXVI.

Dissidiorum, & Scissionum Auctores temerarii, Conspirationum Coryphæi, primum Denariis 25. dein 50 privantor. Tandem idem attentare audentes probrose e Societate Civium, removebuntur. Eadem pœna manebit eos, qui a-

acta Scholastica passim traducunt; Moderatorum, & membrorum Collegii honorem lancinant, ac aliorum irrisionibus, cavillis & morsibus exponunt.

XXVII.

Admonitionum, Reprehensionum, & privationum Contemptores obstinati, vel etiam obmurmurantes refractarii, primum Denar. 25. demum si desistere nolint etiam verberibus, & vinculis coërcendi sunt. Proportionali pœnæ illi quoque Subjicientur, qui jussa Superiorum, in Publico Collegii, aut Societatis Negotio, susq; deque habent, ac proterve contra datam fidem contemnunt.

XXVIII.

Peregrinanteq quâvis de causâ ad Sextum Diem numerorum Singulorum, ultra quem, pro Singulis Septimanis Denarios. 10 privationi obnoxii Sunto. Qui autem ad Spatium trimestre non redeunt, nisi dignâ, & Sufficiente excusatione, tempestive, si non per Se saltem per literas, apud Superiores Suos fidem fecerint, beneficium amittent: Si autem Studia Sua rursus repetere voluerint, denuo recipientur. At qui laborum Scholasticorum impatientes, inutiles & noxiæ peregrinationes Suscipiunt, unâ cum fucis, e Collegii Nostri Albo expuncti, beneficio omni carebunt.

XXIX.

Semel inebriatus, si in privata domo vomens deprehendatur punitor Dr. C.; si in aream 12. Secunda, & tertiâ vice duplator; deinceps pro ebrio reputator. Perinde si quis ebrius alicujus offendiculo extra Scholam Strictoense debachans, conspiciatur, virgis Celsus omni beneficio careto. Si vero in templo, ne quod Deus avertat, aut alij in similibus locis talia committat, cum simili offendiculo, multo magis pœnâ Subjaceto.

DE PEREGRINIS, & DISCESSURIS.

I.

Nemo aliunde adveniens, & hic Studiorum causa con„ sistere volens, ultra triduii Spatium, ad absummienda Sua bo„ na, & Studia alterius impediendo commorari patitor.

II.

Aggregari in numerum Scuriosorum Nostrorum volens, ido- neo ornatus testimonio, nomen Suum apud Collegii Directorem profitetor: Tum Seniorem adito, & obedientia legibus promis- sâ, nomen in Album Communitatis referto; Sedemq; hic fixu„ rum, anno saltem Spatio promittito.

III.

In aliquam Classem introducendus, examinandum Se Pædagogarche Sistito.

IV.

Nemo sine permissu Superiorum discessum molitor; præ„ sertim ante instantis examinis tempus; nisi gravissimâ ne„ cessitate urgente. Contemtor ignominiose dimittitor.

V.

Nemo ante impetratam veniam Sarcinas ex Scholâ ef„ ferto; Sub pœnâ paulo ante expressâ. Contubernalis consci- us, neque tamen indicans Œconomiam Sustineto.

VI.

In extremo discessu oratiunculâ recitata egreditor. Pœna mis„ sionis urgeat, erit dimissio cum ignominiâ.

DE PRAECEPTORIBVS PVBLICIS.

I.

Nemo Praeceptorum tempus Discipulis eripito: verum au„dito Signo, confestim labori suos circa hos aggrediuntor.

II.

Initium quisque, ut decet pietatis studiosos ab implo„ratione divini auxilii facito.

III.

Nemo Discipulum, nisi a Superioribus examinatum, & commendatum, in Classem admittito.

IV.

Praescripta sibi a Superioribus Lectiones profitentor.

V.

Graeca, in suâ quisq; Classe, exceptâ infimâ, do„cetor, quibus Diei Veneris hora pomeridiana dicata sunto.

VI.

Repetitio, & Disputatio Solennis, inter Singularum (Classium) Auctores semel in Septimanâ, eaq; die Sabbathi institu„itor: reliqua exercitia magnam partem, in diem Sacra„rii transferuntor. quo etiam die finitis mane ordinarii Le„ctionibus, Disputatiuncula brevis, in Classibus praesertim infe„rioribus habetor

VII.

Exercitia Stili domestica, bis in Septimanâ, extem„pora vero autem quotidie semel ad minimum dictare ne„mo negligito.

VIII.

Praeter declamatiunculas Diebus Mercurii ſ: trimestri saltem Spatio ſ: Actum aliquem ex Lectione a se proposita, quili„bet, excepto infimo semel celebrato ſ: & quolibet Semestri suos publice examinandos sistere tenetor.

IX.

Ne ultra terminum definitum in Auditorio Discipulos detineto.

X.

In Scholâ Discipulis Suis quisq; invigilato. Neque intra, vel extra Scholam ineptiant; plagij duabus alterâ linguæ alterâ morum procuratis providento.

XI.

Pueros, cum in templo, tum in processionibus funeribus per vices regunto, & procurento.

XII.

Præceptores Etym. Synt. Rhet. & Poes. Catechesim Latinam Majorem Suis Disciputis proponenty, Serio, & methodice inculcanty, publicæ Catechisationi Diebus Dominicis, post concionem pomeridianam exerceri solitæ, eosdem cum præparatione sistunto: Inferiorum autem Classium Præceptores Minoribus Catechismis contenti sunto.

XIII.

Dimissioni publicæ puerorum cujuscunq; Classis Præceptores præter Poëtico, & Rhetorico exceptis per vices vacanto. ex Scholæ Salernitanæ versibus perbreve examen omnibus accommodatum instituentes: posteaq; plagis exactis, & Psalmo Cantato abire eos libere sinunto.

XIV.

Idem Præceptores vulgaria Morum præcepta, Diebus Mercurii, & Sabbathi horâ primâ pomeridianâ, in Auditorio puerorum publicè diligenter proponunto.

DE PRAECEPTORIBVS PRIVATIS.

I.

Nemo Superiorum sine scitu Discipulum, vel Magnatum, vel Mendicorum filium ad se recipito, aut ante receptos a se dimittito. Ille Discipulo, hic 25 Denariis privator.

II.

Ne eosdem Lectionibus quisquam publicis subtrahito: Pœna primum reprehensio, post Discipuli amissio.

III.

Nemo aliam, quam in Classe lectionem proponito; sed eodem diligenter preparato; in literis pingendis exerceto, nisi ingenii felicitas, & celeritas ad altiora preparandi aliud suadeat. Pœna eadem.

IV.

Nemo ultra horam undecimam meridianam, & Sextam Vespertinam Suos detineto; neque ante signum auditum, nisi singularis ratio exigat dimittito. Pœna post unam, atque alteram admonitionem Discipuli amissio.

V.

Nemo nimiâ severitate Discipulum a Scholâ abalienato; neque exactionibus immodicis utitor. Pœna Superior.

VI.

Quilibet, quoad fieri potest ejusdem Classis, & pari exercitii Discipulos habeto; nisi gravis aliqua ratio diversum suadeat, ne & sibi; & Discipulis dispari labore incommodet.

DE OFFICIALIBVS, ET *primum* DE SENIORE & CONTRA SCRIBA.

I.

Senior, & Contra-Scriba annuatim communi suffragio electi, sese ad officium rectè fungendum fidei sacramento obligato.

II.

Omnia Legum jussa, ut par est, quoad ejus fieri potest, tum ipsi observanto tum etiam, cum aliis jure virili observari curanto.

III.

Ut ædificiorum tuendorum cura hoc incumbit, ita cubiculorum dispensatio penes eosdem esto.

IV.

In bona Communitatis procurandi, erogandi, ponique delictorum moderandi, æquitatem, & fidem suam probanto.

V.

Alumnis omnibus conditum beneficium; expectantibus autem novitij ex proventu ab ejus acquisito, primum dimidium, post integram portionem partiuntor.

VI.

Sedulo vitanto, ne utrique officialis, tam Senior, quam Contra-Scriba eodem tempore a Collegio recedunto, damnum, & excessum sua absentia illaturi.

VII.

Ab omni privatione Senior, Contra-Scriba, Observatores, & Præsides Scientiar. immunes esto.

VIII.

Concionatorem ex Studiosis Theologis constituere ad Dei eam Domini tempestive tenetor.

IX.

Absentes a choro Diebus Dominicis, & funerum generalium deductione, quocunque tempore notare Contra-Scribæ incumbit.

X.

Ejusdem officium est peregrinantium rationem habere eosque, juxta Legem Generalem ~~XXXVIII~~ diligenter notare. LL.

DE OFFICIO PRÆFECTI.

I.

Præfectus singulo trimestri spatio apud Principij Alumnos, apud privatos autem Alumnos bimestri spatio suffragijs eligitur: sacramento fidei ad officium suum rite fungendum obstringitur.

II.

Ipsius est bona sibi commissa fideliter curare, eaq; debito tempore juste exhibere.

III.

Nemini, nisi Collegij Alumnij beneficium publicum eroget, nisi re ita exigente, Consilijs Superiorum accedat.

IV.

In Seniorij & Contra-Scribæ absentiâ, vices, & munia alterutrius Præfectus peragito.

V.

Alumnos diebus festis templum negligentes notare eumque neglectum, panis subductione privare ipsius officium est.

VI.

Ligna quoque Diebus Sabbathi æqualiter, ijs, quibus sunt ordinata, distribuere Præfecti est.

VII.

Ex itinere aliquo redeuntibus, ni Superiores leges obstent prebenda exhibebit, quidem, sed cum hac discretione: si ante meridiem appulerint, omnia ejus rei; si autem ad vesperas, liba tantum duo, cætera vero omnia exhibebit.

VIII.

Pro fideli curâ, & dispensatione facis vini Præfecto debeto.

OFFICA OECONOMI.

I.

Oeconomus Minister Publicus, in omnibus Seniorem, & ejus Collegam. cum obedientia audito, qui ut persona idonea sit, qui officio par sit, bonâ fide provideto. Quod si Secundum Ordinem occureret, qui ad id non sufficeret, alium in Sui Locum conducito & sistito; alioquin loco carebit.

II.

Ad Classicos cogendos horis ad id deputatis; Signum dare hujus esto officium. Poena Dr. 3. In publicis vero conventibus horas observato. Poena Denarior. 3.

III.

Ad precationes Vespertinas ad minimam ante horam Lectorem constituito; poena nisi ipsemet legat Denar. 15. Signum dato suo tempore. Poena Denariorum 15. Catalogum & ibi, & in alijs conventibus publicij recitat, absentium nomina fideliter notet; aliquin poenas absentium Sustineto, & Catalogum ad Officiales deferat. poena Denariorum 6.

IV.

Vigiles pro quavis nocte binos, ante preces constituere ne negligito; idq; Secundum Cubiculor. Seriem, exceptis Officialibus, Juratis, & praceptoribus; aliquin ipse vigilare tenetor; nisi vigiles futuri sunt in causa.

V.

Hora octavâ Vespertinâ brumali, æstivo tempore nonâ, cameras perlustrato. plen. Dr. 6. absentes fideliter notato. poena pro singulis Denar. 3. Itemque mane a vigile monitus, excitatorium prolongatum dato. poena Den. 6. Lumen diebus hyemalibus portato. Poena Denar. 12. Eos qui vigilias, & alia Sua officia negligunt, suo tempore ad Officiales deferto aliàs poenam negligentiæ Sustinebit.

VI.

Oeconomus omni momento in Collegio adsit, & interdiu in Scholis areâ, cum Catalogo, aut virgâ deambulato, clamores prohibeto, pueros passim oberrantes, & damitantes in Classem cogito. poena D. 3. Tempore vero publici exercitii poena major.

VII.

Dum Studiosi absunt, Scholam diligenter observato, ne quidpiam quis damni patiatur, poena restitutio.

VIII.

Aream Scholæ bis in Septimanâ, & Secessum purgari curato; imo si necesse sit etiam pluries, præsertim cum nives, aut pluviæ caduut. poena D. 15.

IX. =

Caminis die Sabbathi hyberno tempore perlustratis purgari jubeto. poena D. 10. Contemptus 10. Si flammam conceperit 25.

X

Officium oratiunculâ, aut capite Biblico, in Publico recitato, resignato; & rebus sibi concreditis ad Officialem delatis valedicito. poena Denar. 15.

XI.

A tertiâ matutina, ad nonam vespertinam, singulas horas Oeconomus indicare queat, poena toties Denar. 3.

XII.

Diebus Dominicis, dum primâ vice pulsus in templum datur, illico Signum dare tenetor. poena Denar. 6.

NB. XIII.

Az Oeconomus tiszttsége le tételekor tartozzék jámot adni minden tekor a' Közönség épületeiről, hogy senki kárt ne tegyen arokban a' Collegisták körül; ha kár esik napjai, vagy a' kárvöt adja elö, vagy fizesse meg; ha ejtsraka minden reggel az épületeken perlustrálván, az Oeconomus adjon hirt az Officialisnak, hogy a' Vigilektöl kérjen jámot rolla.

OFFICA VIGILIS.

I.

Vigiles ab Oeconomo renunciati, prior a nonâ, ad duode„ cimam; posterior ad tertiam, officium diligenter /: lumine ad„ successorem delato, pœna Dr. 3. /: peragunto: pœna Dr. 1S.

II.

Totium Nocturnis horis extra Secessum mittenti, aut alvum exonerantj observare, Vigiliam habere, aut offici„ alibus indicare tenetur: alioquin pœnam perpetrantj sustine„ bit.

III.

Plagam habens, primo Dr. 3. privator, quæ pœna in dies duplicator; Si tamen ultra quintum secum eam re„ tinuerit omni prebendorum usu caretv.

IV.

Quicunque Vigilem, seu plagâ, seu aliog" officio ad= tendentem probrosè verbis, aut factij exceperit, eo facto beneficio excidat, etiamsi nihil, vel prohibita Lingua, vel parum Latinâ usus fuerit, contumeliosè tamen attendentem exactaverit.

V.

Az Udvarhelyi Gymnasiumról

Mivelhogy itten csak egy Professor vagyon és mellette Con-
Rector különösön kellett fel venni ezen Gymnasiumnak
állapotját mely szerint mindenikk Kötelessége illyen for-
man határoztatott meg: hogy t: i: A Professor tanittson
Dogmatico-Elenctica Theologiat mellyet minden két
Esztendők alatt a' reggeli orákon elly végezzen, ches
Nagysztvan egy lly Methodus Concionandi, Universa
lly Historiát mellyet Esztendőnként elly végezzen, Si-
do és Görög Nyelveket, Methodo Analytico Exegetica,
Ezek mellett Logicát Metaphysicát Arithmeticát
és Geometriát. Mindennap három orákor tanittyon
Szeredán, Szombaton pedig azok az Exercitiumokat
foltaya, mellyek a' más Collegiumokban proscribáltatnak
Mindezen meg nevezett Scientiákat pedig négy Esten-
dők alatt el végezze, ugy mindazonáltal hogy a Dogma-
tico-Elenctica Theologiát minden Esztendőben folyvást ta-
nittya.

Alsó-Rector tanittyon
Görög és Romai Antiquitasokat
Deák Litteraturát Geographiát Cate-
chetica Theologiát. Kinek is hasonlo képpen Kötelességek lesz
Szeredai Szombaton kivül minden Napokon három Ora
kon tanittani, Vásár napokon egy orát Catechizálni. Min-
den meg nevezett Scientiákot tanittani tartozik két

Esten-

tendők alatt; a Deák Litteraturát pedig meg szűnés nélkül tanítani tartozik, a' Tanításnak rendiben, a Manuale könyvecskéből választásában és egyebekbenis mindenekben a Rector Professorral conintelligenter légyen. Egyéb aránt mind a Deákok Classificatiója, mind pedig Classisokban való tanulásuknak módja és rendi mindenekben a szerint légyen, mint a' mái Collegiumokbanis rendeltetett.

Mindezekből utánna végeztetett, hogy a' Professorok minden Schola színi Ejtendőnek kezdetiben a' Collegium törvénnyeit fel olvastassák, azokat szorosan observáltassák a' renitenseket bemennyen megbüntessék, a' vakmerő engedetleneket tellyesseggel eliminálják a hemyélőket tanulni nem akarokat a' Collegiumokban ne szenvedjék, a' Lecziókból idejében szelyel járókat sőt mind azokat valakik a' nagyok Classisokra tartozó Lecziókat negligálják toties quoties el mulattyák, hanem, ha nevesetes és be vehető okok lésznek egy egy Garassal megbüntessék.

Végezetre, hogy a Professorok, a' felyebb elejébe irott köteles, ségekhez magokat conformálják az Inspector Curatorok vigyázzanak, és ha valaki a' maga kötelességét vagy negligenter, és minnemel ámmal folytattya vagy valami meg átallódásból el mulatván ezen ordinatiókat teni, tálnia a Curátorok post placidam et privatam admonitionem a Méltóságos Supr. Consistoriumban fel adgyák és egyszer meg intetvén ha ugyan tovább engedetlenkednének másod izben fizetésektől privaltassanak, harmad izben pedig Hivatalyoktólis removealtassanak.

Es ezek immár azok a Végezések melyeket Mi a Mlgs Supr. Consistoriumtól e' végre specialiter denominált és ide alá Subscribalt Személlyek mint valami projectumokat készíttettünk és a Mlgs Supr. Consistoriumnak Bölcs és Fontos Ítéletire bocsátunk, nagy bizodalommal lévén minnyájon az iránt, hogy valamely punctumok ezen Munkában az Istennek Dicsőségére a' Tudományok öregbítésére és a' hozzá jonak elébb való mozdítására célloznak, melyre minnyájan egy szívvel és akarattal törekedünk minden azokat helyben hagyni és approbálni méltóztatik.

Bethlen Pál
Commissionak Praesese mk.

B. Kemény Simon mpp
a Kolosvári Ref. Collegii
Inspect. Curator

G. Bethlen David mpp
a Marosvásárhelyi Collegii
Inspector Curatora

G. Bethlen János mpp
az Udvarhelyi R. Gymn.
Inspect. Curatora

Teleki Samuel
Klnyedi Insp. Curatora
mpp

Dési Lázár György
Ref. Superintendens
mpp

Michael A. Ajtai mpp

Jutze Istvan mpp

Benkő Mihály
mpp

Kovásznai Sándor
mpp

Ex Commissionis Littera,
vid. Protocollo descripta et
elaborata per Josephum
Dodoki Actuarium

Methodus Studiorum

Quandoquidem Linguæ sint veluti Instrumenta, quibus doctrina omnis atque eruditio adquiritur: illis ante omnia instructus esse debet, qui ad eas viam adfectat. Et quanquam qui pluribus linguis est instructus, non ideo statim doctus censeri queat, doctus tamen hodierno tempore dici vix solet nisi qui linguarum cognitione viam sibi ad doctrinam aperuerit. Neque enim apud unam gentem hodie sapientia habitat, sed apud plures populos diversis

Inter illas vero linguas, quas addiscere quas addiscere eum oportet, qui ad veram eruditionem contendit Latina lingua prima sine jure censetur, quæ a tenuibus, ut solent rebus humanis, profecta initiis, una cum imperio Romano ad tantam excrevit amplitudinem atque majestatem ut non Latii qui est angulus Italiæ, in quo nata est et a quo nomen accepit, neque adeo Italiæ limitibus contineri se se pateretur, sed cum armis romanorum et coloniis Galliam inprimis Hispaniamque occuparet tum in Asia, Africaque protoribus ea solia jus dicentibus, mirifice floreret. Culmen quasi suum adepta est circa Imperatoris Augusti tempora, in quo non diu adeo perduravit sed imperii ipsius iterum conditionem secuta primo paulatim a pristino splendore atque dignitate remittere, mox cum impetu ruere cœpit denique tota extincta est, ut in usu vulgari gentis alicujus esse desierit. Atque tempore Monachorum medio a Gallis misere ab iis deum habita et quovis barbarum genere inquinata sub orientalis Imperii finem emergere paullum e tenebris et squalore Patrum quorundam virorum ope visa, tum certamine quasi ingeniorum mitio excoli et ad pristinum decus, quo ad ejus fieri posset, revocari cœpta est ob successu veterum monumenta, quæ ad eum diem pulvere cariéq; obsita, a Liberarum imperiti manibus convulsa atque lacerata fuerat, novo ita veteri habitu provederentur, aliqui autem, qui tum vivebant, ad eam scribendi facultatem pervenirent, quo prorsum a veterum gloria abesset;

Abest igitur tempore, id est duobus et quod excidit seculis eâ fuit Latina lingua conditio, ut laudaret ab omnibus nisi qui se apertos omnis eruditionis hostes profiteretur et necessariâ omnibus pateretur qui inter eruditos enumeri vellent

Fatendum equidem omnino est, in quavis lingua eâ gradi posse,

tradi, ppter quæ ad bene beateque vivendum ipsam quæ sapientiam sunt necessaria, cum ab aliquot semppore, hoc quasi populum illud sit, et quærentes Here omnes, in primis autem apud gentem nostram propriam? Doctores locum tueatur, nisi hac Linguâ non mediocriter tantum tinctus, sed plane imbutus sit. Id quod demonstrare plurimus, supervacaneum est de eo certum enim est, et exploratissimum, apud eos Latinæ Linguæ ignarum ingebitum barbarumque fuisse.

Hæc vero Linguam Latinam discendi necessitas, ppter quam nobis infinitas discendi docendique tandem methodos, vario tempore a variis eum sit in gili Here suam quandam rationem sumque genium secuti, eâ de re dixerint in quâ tanta quæ rimonium varietate mirum non est, ppterea quod eam vel inimo colurere, illud generatim tenendum esse instituendi rationes, quæ parvo animi tempore magnos in Linguis profectus pollicentur, aut nimium ex jactatione habere vel, autem privata quidem institutione, in publica vero item posse teneri. Certe quæ Morinius, Pendulius et alii de Lingua Latina vitanda sexcenties dolenda habent rationem, et indignationem ariod hi in rebus eruditorum meruerunt.

Inveterata modo est opinio et grammatico exceptionibus in primis fuisse prolixiore, et nisiniti adhortationibus subiisse Linguam addiscendi posse latiorem, huic meliorem juventutis ætatem mitiusque salubre contendunt tritu tritu augent atque explanant. Finitatis ut erga modum Fortium solvendam occupate in videantur, neq. tamen unquam quod me se ppterant castrum minimum Latinitatem adsequantur aut se quidquam ante ppterea

Zacynth.

Jacunt praecii orationem producunt, jejunam et ma-
de latinam si maxime enim Praecptis Gramma-
ticis loquantur, congruenter latine tamen haud lo-
quitur. Aliud enim est latine aliud Grammatico lo-
qui ut Quintilianus testatur.

Viderint ergo quomodo opinioni suae fidem facturi
sint, omni latinitatis cognitione triteis viris gramma-
ti alütium maxime celeb. Jacob. Janiculatus Philologus
insignis ni doctissima & prudentissima suâ oratione,
Latinam linguam maxime Grammaticorum libris
comparandam esse pentius consulit. id quod exemplis
quibusque multorum multorum Virorum eruditissimor.
Docemur qui sine Grammaticorum praeceptis assidua
meliorum autorum nostra lectione, post hominum
verborumque relationes memoriae mandatas atau
ratam latini sermonis intelligentiam consecuti sunt,
Equidem tantum abest ut Grammatica discenti-
um manibus eaudienda sit ut potius prae-
ceptis ejus diligentissime incolenda verum ut Ma-
gnus Erasmus praecipit ea paucissima sint ops-
tima & necessaria, quia judicio magnorum in
Germania et Hungariâ virorum in Gram-
matica, a Cellario adornata reperiantur. Nemo
regitur Grammatica contemnat, quod ut idem
Erasmus affirmat. Tametsi nonnullis disci
pliis et dignitate posterior, nullius certa o-
pera magis necessaria in minimis versatur.
sed sene quibus nemo vasit maximus, mu-
gas agitat, sed quo seria dicunt, nec sine
idonea & arsia Sapiodous ait ut Gramma-
tica rum Scholae est fundamentum pulcherri-
mum Litterarum; mater gloriosa faeun nn
dia quae cogitare nequit ad laudem loqui
sine vitio Item Grammatica est Magistra
vorbum Generis Humani. n

Unde Grammatica hae studia non tantum

Philosophis

tantum Philosophos Auctores sed Oratores Imperatores Consules Romanos Viros eos alios habuerunt. Sed vim universæ Grammaticæ consistere cum Celeb. Cayelio in Elocutione Dictorum in qua puerilia exercendus est, ut sic exercitatissimo promtor dr: Tydenter adjici mari potest.

Studium ergo Linguæ Latinæ perficit nihil aliud quam Auctor Classicor lectio et eorundem imitatio, quæ si accurate et recto ordine instituantur, nullum est dubium quin studiosa Juventus ad accuratam Linguæ Latinæ cognitionem sit perventura. In iis vero qua ratione, quove ordine procedant Adolescentes Grammaticæ cancellos, supergressi, Viri in Rep. Litter. Principes a Morhofio memorati, a remo collecti abunde monstrarunt, id quod vel ipse Heineccius in fundamentis Styli cultioris satis luculenter exhibet.

Quod vero, Adolescentes intra Grammaticæ limites constitutos spectat; qua illi ratione a Præceptoribus formentur singanturque quibusque modis non ad ipsam Latini tatem tantum, verum ad solidam eruditionem, pietate, probis, sanctisque moribus conspicuam perducant placuit Canones quosdam publica Auctoritate confirmatos prascribere, quo singuli habeant, quod sequantur.

Instructio pro Præceptoribus Singulam Priv. quam Pub.

1o Quandoquidem Timor Domini est initium Sapientiæ Præceptores omnes sedulo et interiore quodam Spiritu incitati curabunt ut Discipuli eo fidei commissi timore et Reverentia Divini Numinis imbuantur, atque ad Deum cognoscendum, amandum pie et sancte colendum instruantur et excitentur: in hunc finem in Classe infima quidem Catechesis minor, in superioribus Palatina, diligentissime tradenda; quam Præceptores laborabunt ea fidua interpretatione et per varias Questiones cum pie

Dicto

cio formandas, illos imprimere memoriæ; utile erit non
nunquam controversias vulgatiores, præsertim in superi
oribus Classibus, attingere, sed breviter et pariter admodum
pro captu Discentium et quantum fieri poterit Præ-
ptor intra limites Catecheseos, quam explicat, se conti
neat. Opere etiam pretium fuerit inter catechizandum
indicare quid sit Mahomedismus, Judaismus, Christia-
nismus, et quæ sint sectæ malignæ in Christianos
occasione item festos Dies nunc explicare. Horarium Bene
ficio Dei in Ecclam Collator in quo memoriam Dies
festi celebrant. Attendant præterea severe præcep-
tores, ut Sacram Domini Coenam nonnisi illi admit-
tant, qui in pietate probis moribus et intelligen
tia Dei illius Sacræ et religionis notabilem pro su
o captu et ætate progressum fecerunt. Addiscendam
etiam a præceptores sedulam habeant, Psalmorum
admodum et mensuram addiscendo.

2. Exploratâ ingenio Discipulos sedulo curet, ut ea
tantum tradat quæ captui eos accomodata sunt, atq
ita cum iis conversetur, ut blanditiis et suavitate eos ad
sui studiosque amorem pelliciat appareatque omnino
paternum eos affectum induisse.

3. A verberibus imprimis inter docendum, abstineant re
que probra convicia unquam adhibenda erunt. A pla
gis vero uti vocant vulgo penitus abstinebunt.
Si vero pertinax negligentia vel juvenilis negli
tia postulaverit nonnisi Virgas cum prudentia et
moderatione adhibeant delicta ad moderatores de
ferant. Qui enim per naturam sunt ingenio pravo
conatus tamen eos observantur, si non verberibus ex
agitandi sed cohortationibus excitandi et crebra
repetitione dictorum sunt juvandi. Hunc in finem
æmulatio et honestum gloriæ studium inter ~~Au~~
~~dos~~ Discipulos fovenda erunt. Licebit itaque lo
discipulum suum aliquo pro gradu etiam ex veteri
instituto provocare; in hac vero æmulatione
Præceptor talem inter certandi se Arbitrum
præbeat ut ex vultu verbis gestibusque ejus

palam constet se alacritatem in omnibus laudare
et favore complecti ignaviam vero detestari. Me
doribus et alacritatibus interdum in gravioribus etiam
delictis parcendum, nisi forte destinata malitia pecca
verint. Curandū et diligentiores donorentur a seqūoribus
id quod facile Praeceptor consequetur, si suo exemplo
ostenderit se illos a vitiis distinguere; attendendum ta
men est, ne laus et probrum minus crebritate vile
scant neve discentes animum despondeant.

4. Praeceptores publici horas bimas continuas ante
meridiem a 9ª hy ad 9am totidem a Meridie sed sepa
ratas a 1ª hy ad 2am et a 3ª ad 4am horam claribus suis
docendis et exercendis impendant; Praeceptores autem
privati, ante et post meridiem singulas habunt in devo
candis quod publ. Praeceptores proxima illis hora tra
diderunt. Cavebunt vero diligenter omnes Praeceptores
ne quidquam majoris momenti inconsultis superio
ribus docere praesumant.

5. Repetitio in eo sint ut discipuli sine aggrava
tione memoriae ex crebra repetitione et responsio
nibus ad quaestiones propositas discant omnia, quae
discenda sunt, et judicium potius exerceat, quam
memoria fatiget. Nec quidquam iis repetendum in
jungant quod intellectu adsequi nequeunt; neque
in docendo festinent, aut prius progredientur, quam pe
riculo facto cognoverint, saltem maximam partem
Discipulos suos jam explicata rite intellexisse. Si quos
prorsus hebetes advertat Praeceptor eos indicabit Praece
ptoribus privatis, per quos commodius erudiri possunt; si quando Discipulos corrigendi sunt, subjiciant
simul rationem emendationis ut hi rem capiant
et errorem in posterum caveant.

6. Curent vehementer ut attentioni Discipuli adve
scant; de iis quae tractant sine ullo ordine nunc
hunc nunc illum interroganda praesertim in ea
ctione pensi. Ne semper unum jubeat totum pensum
continuo reddere; sed ubi unus exorsus fuerit, nonnullis
aliquot sententiis lectis, aut de memoria recitatis, alium eidem modo illi textum, quantum sufficere
jubeat ibi ubi prior desierat, usque dum de
scripsit pro diversorum modo et reddendo omnes Di
scipuli

scipulé pensum propositum absolverint.

7. Ubi Præceptor deprehenderit Discípulos suos argumen-
ti illius quod tractat, tædium capere, id leponat ad tem-
pus postea ubi commodum fuerit, resumpturus; inte-
rea in alių, quæ faciliora et jucundiora sint judicat
exerceat. In primis vitandum est quidquid Discípulį
in studiis Litterarij tædium crease potest. Ejus Generis sus
prolixæ minij lectiones de memoriâ recitandæ &
exercitia quævis minij prolixa et difficilia, maxime, si hæc
cum clamore, maledictis et verberibus exigantur, item levis cujus-
cunque erroris severa et probrosa reprehensio; Præceptorem sine gra-
vi causa servo esse vultu non decet, sed potius blandum et faci-
lem esse oportet.

8. Civitati summopere morum studendum, rusticitas omnis et quæ-
vis dedecorisque negligentia a scholis et scholastricis arcenda est.
Capiet ergo summâ curâ Præceptor occasionem, tum ex debi-
quotidie obvių, tum ex Auctoribus ipsis explicandis, quid ho-
nestum sit et inhonestum, quid decens et indecens, justum et in-
justum &c. Hæc ita mellitæ Animis instillata, minus quam
tum conducit ad sectandas Virtutes et vitia fugienda.

9. Arithmetica et Geographia pro captu, ætate et gradu
Discipulorum tractandæ erunt.

10. Curabunt Præceptores omnes accuratam pronunciationem
in legendo et infabulando observari a Discípulis suis, eos pro re
nata ubi erraverint corrigendo. Curabunt insuper summa
diligentia ut Litteras diligenter pingere discant in omnibus
scriptis suis hunc finem habebunt exemplaria accurata de-
inde quæ in omnibus scriptis suis imitari debebunt.

11. Dabunt operam Præceptores omnes, ut Discipuli domi quoque
in iis sint occupati; quæ in Schola agunt ut sic labori pri-
vato adsuescant.

12. Ubi propter meritabilem causam aliquam, Præceptorem
præsertim Publicum abeste necesse fuerit, cum consensu Inspe-
ctoris Classium alium sibi substituat.

13. Præceptores omnes ad unum tum hanc communem, tum
singularem illam, quæ singulis Classibus singulis præscripta
est Institutionem perpetuo ob oculos habeant neque absque
docendi ratione discedant. Publici insuper Præceptores obser-
vent diligenter, utrum priv. quoque Præceptores hanc Metho-
dum docendi sequantur et an eadem tradant, quæ in Classe Pub-
lica

licè docuerit, quod si quos ab his degredi observaverint, superioribus sine mora indicabunt.

14. Ita quisque cum Discipulis munere sibi demandato defungatur ut perpetuo appareat, eum non indiligentem Praeceptorem esse et in primis ut examinibus publicis specimen diligentiae suae et profectus manifesto exhibere possit. Quare

15. In Examinibus Publicis iis omnibus quae ad ostentationem comparata sunt, procul facessere jussis eâ tantum repetent, quae in qualibet classe tradere, quoad singula puncta consueverunt curabunt etiam sedulò, ut Discipuli omnes Diaria ut vulgo vocantur, habeant; in quae inscribent singuli labores suos quotidianos a Praeceptoribus suis accuratè correctos, qui labores pro classium diversitate erunt: Stilus, Epistolae, Carmina Periodica, Dictata Memorabilia &c. quos tandem ita in diaria inscriptos in Examinibus Publicis ostendent.

16. Diebus Mercurii et Saturni omnes Praeceptores in classibus declamare Discipulos jubebunt; Privati etiam Praeceptores horis privatis catechetica diligenter tractabunt et pro data captu et ingenio Discipulorum accuratè interpretabuntur.

Instructio pro Praeceptore Abecedario

1. Praeceptor erit tenellos in Scholam missos blandis alloquiis allicere eosdem ad amorem studiorum excitare, et adhibere loquendum animare, ut quo cujus ingenia et indolem eorum experiri et mox institutionem eorundem captui conformare possit; caveant etiam ne ingratum torvos se iis ostendant eo magis eos ob tarditatem intellectûs virgis caedant, his enim rebus fit, ut lege facta, ut nobilium animos impetus obtundant et in Ludum Literarium ingredi velut in Carnificinam, metuant, horreantque.

2. Dum Praeceptor Literas cognoscendi et appellandi rationem docet, discerbat in Tabulam inspectante Discipulo suo Literam unam eamque appellet suo nomine, post manum Discipuli protensa jubeat eundem scripto imitari et verbo exprimere Literam sibi praescriptam, neque prius eam relinquat, quam viderit figuram et Nomen Literae in animo Discentis haesisse. Ita eundo per singulas Literas, ludendo discet puer sine taedio, modo ne continuo detineat et multas Literas diversas cognoscendas obstrahat.

3. Ubi jam Discipuli Litteras dignoscere et appellare poterunt, docebit Praeceptor Litteras, primum quidem duas tantum, mox plurimas in unam Syllabam collectionem, sumendo pro habitu varias Litteras, et interrogando ostendendoque crebrius quomodo hæ aut istæ Litteræ junctim sint pronunciandæ; ubi ex sola imaginatione aliquas Litteras jungendi facultatem puer consecutus fuerit, jubeatur similè tentare in Syllabis quæ in libro elementario huic fini huic commotatæ

4. Lectura etiam ex foliis istis Syllabis junctim simul pronunciandis sine separata singularum Literæ appellatione discenda erit V. gr. id quod prius si prolatum fuit a b ab jam omissis duobus prioribus proferatur ab etc.

5. Hinc jam incipiant Discipuli Syllabas et voces sibi prælegendas imitari scripto, eas simul legere et sic lecturam simul cum judicio facilius addiscere possint.

6. Pro exercitio lecturæ Legem Libellum elementarium item fundamenta præcipua Articulos fidei Christianæ Catechesin minorem.

7. Orationem Dominicam Symb. Apost. Decalogum Hungarice primum mox et latinè memoriter discent, ubi paulum firmiores facti

8. Propter usum communem opera dandum est, ut omnes Scholastici aliquam Linguæ Latinæ cognitionem consequantur. Itaque Præceptor jam in hac Classe docebit lecturam linguæ Latinæ et curabit ut Vocabula in fine Elementarij Libelli notata memoriæ mandent Discipuli ejus hunc in finem Præceptor voce præeat utrecæ ore ejus Pronunciationem percipere possint, Discipuli autem clara voce sequantur Præceptorem ita legentem, et si ubi erraverint corrigantur.

9. Inter Vocabula talibus addiscenda Prudens et doctus Præceptor faciet efficiet ut Phrases et loquendi formulæ vulgatiores illo memoriæ imprimat si ex gr clara vocem dicat puer: fajd a fejem, dolet mihi caput; meg vagyok az ujjamat, vulneravi digitum; videant tamen Præceptores ne quid quam tale discat quod illud auctoritate Scripturæ melioris dici sit munitum.

Instructio pro Præcept. Conjugg. et Declinat.

1 Pro Lingua Latina omnia Hungarice erunt reddenda.

Utendum

Utendum quidem erit vocabulis Astij Latinis, ut sunt: Genus, Numerus
Casus, Declinatio, Comparatio, Adjectivum, Substantivum, sed quid illa si-
gnificent non ea definitionibus, verum ex exemplis Hungaricis po-
tius discendum erit et siculeandum. Hunc in finem sumat Præ-
ceptor Vocabulum aliquod Hungaricum, et declinet per Casus utroq;
in Nro, tum jubeat Discipulum simili modo facere; Ita quid
sit declinare, sine taedio et facile cognoscet. Item qui et quot
sunt casus et Numeri. Hoc ut facilius accidat, describantur in Tabu-
lam Terminationes Casuum, item Nomina Casuum et Numeri initiali-
bus tantum Litteris norent e regione ad Latus sinistrum.

2. Hoc ubi ad Latinam Linguam applicanda erunt, describet
Præceptor typum primæ Declinationis in Tabulam primum qui-
dem in Mo singulari tantum; tum jubebit aliquot Exempla
flecti secundum typum in Tabula descriptum. Postquam
Discipuli Voces ita flectere hungarice reddere potuerunt, eun-
dem erit ad Numerum pluralem eadem Norma flectendum. In
reliquis Declinationibus eadem methodus tenenda est.

3. Dum hoc agit Præceptor, Vocabula sumat simplicia sine
ullis Articulis, quid hoc flexio, plane sit diversa. Poterit mox
articulos Substantivis et adjectivis jungere, ubi separatim eorun-
dem flexionem edocuerit, ut Substantiva etiam Adjectiva jun-
gere et junctim flectere utraque per omnes Casus in utroque
Mo addita semper interpretatione hungarica.

4. Motionem et Comparationem Adjectivorum in Nominativo Casu
addiscant Discipuli inde reliquos Casus flectent facillime
per typos primæ secundæ et tertiæ Declinationis jam indicatos.

5. In hac Classe edocenda quoque est Pronominum flexio per
Casus, Numeros et varia genera, doceatur etiam in Tabulis accurate
describendo.

6. Differentiam Generum tanto diligentius inculcabit Præceptor
quod nihil simile in Lingua hungarica occurrat; necesse autem
hic jam erit Adjectiva cum Substantivis jungere. Differentiam
illum non tam ex articulis, quam ex significatione et Termina-
ne ~~Adjectivorum~~ Vocum discant, quantum fieri per ipsam eorum
potest, per Regulas Generales Grammaticas Hungariæ pro captu
Discipulorum proponendas.

7 Vocabula ex Primitivis Cellarii discenda in hac Classe om-
nia quæ asteriscis Signata sunt. Quæ ut plurimum sunt
Nomina, Pronomina, Præpositiones, Conjunctiones et quædam Ad-
verbia; In his discendis feliciùs progredietur si Præceptor
ipse

ipse primo clara voce proferet, observando accuratam pronunciationem et Discipulos sequi se jubebit. Ubi hoc consecutus fuerit Praeceptor, ut inter legendum Vocis memoriae mandandae recte possint pronunciare jubeat omnes Discipulos uno praeeunte eadem Voces clarè repetere cum omnibus iis, quae in Cellario voci unicuique subjuncta sunt. Ita post crebram repetitionem ludendo quasi et sine memoriae fatigatione Vocabula addiscent. Juverit etiam si Praeceptor binos ex Discipulis inter se committet ut unus ex libro quidvis Vocabuli primum Latini, mox hungarici ex Cellario significatum, alter vero respondeat. Viderit ergo Praeceptor quisque ne vocabulis illis, eo quo sibi invicem subsequuntur ordine addiscendis, memoriam eor fatiget.

8. Doceat Praeceptor in hac Classe, Constructionem Adjectivorum cum Substantivis item Propositionum cum Casibus.

9. Praeter exemplaria Sculpta quae imitabuntur in scribendo, scribent etiam Declinationes primum quidem Substantivor vel adjectivor simplices, postea autem junctim adjectiva cum substantivis. Attendant simul Praeceptor ut etiam cum Declinationes scribunt exprimere conentur Exemplaria, quae imitantur. Insuper ut id quod scripsit quisque de memoria etiam reddere possit Praeceptori, vel Sodalis suo exercitii causa.

10. Initium Arithmetices et Geographiae pro captu eor faciendum est.

11. Catechesis minor, item Bibliae Historiae quaedam S. magis memorabiles serio tractanda et legenda erunt Sermone Hungarico

Instructio pro Praeceptore Grammaticali.

1 Ad conjugandi rationem inculcandam consultissimum erit primo per personas, Numeros et tempora flectere verbum aliquod hungaricum in diversis modis.

2. Latine vero ante omnia addiscant Verbum Substantivum propter multiplicem ejus usum. Reliqua verba ex uno typo conjugationis in Tabulam descripto tam Activae, quam Passivae formae illine edocebit Prudens et Diligens Praeceptor, ostendendo in typo formationem temporum et personarum primum in Indicativo modo, mox in Subjunctivo, ubi prius indicativum ex ipso typo jam memoriae mandaverint Discipuli.

3. Vocabula omnia Primitivor Cellarii discant in hac Classe ita ut Latina hungarice et hungarica latine possint reddere. Propter pronunciationem hic quoque praelegat primum Praeceptor ipse omnes voces memoriae mandandas; tum ipso praesente legat unus ex Discipulis hunc legentem condiscipuli sequantur clara voce, usque dum et pronunciationem et significationem omnium vocum memoriae imprimerint.

A. B.

11. Præter exemplaria scribant etiam Conjugãones et adtexeant, ut easdem hungarice reddere possint et vice versa hungarica latine. In his etiam attendant, ut similitèr pingant ac jungant Litteras ut in exemplari præscriptum est.

5. Ad imitãonem hyroicarũ Joachimi Laugii excipient calamo breves sententiolas hungarice ex iis vocabulis conceptas, quæ proxime didicerunt eaqs latine interpretabuntur et similes formabunt de memoria ex tempore.

6. Curabunt Præceptores ut ad exactissimam conjugandi rãonem perveniant id quod mtes expositionem Colloquiorũ Laugii commodè fieri poterit.
Phrases hic quoque in communi sermone obvias illis sedulo inculcent, ex Eutropio et Laugio desumptas ad calamum ipsis dictabunt.

7. Quæ in Stage præcedente tradita fuerunt, ea omnia hic, ne è memoria effluant crebrò, cum cura revocanda erunt.

8. Usum Infinitivorũ Supinorũ, et Gerundiorũ ad vitandos idiotismos Linguæ Vernaculæ Præceptor diligenter inculcabit.

9. Ex Geographia iis, quæ in præcedente Stage didicerunt adjungat notitiam Geographicam Patriæ et Vicinorũ Regnorũ quæ Patriam Nostram attingunt.

10. Catechesis minor cum Testimoniis Sacris diligenter discatur.

Instructio pro Præceptore Syntaxeos

1. Ante omnia Regulæ Syntaxeos ut cum judicio memoriæ imprimantur, Præceptor curabit; Notis et observãonibus primo cursu omissis.

2. Quia vero præcepta non propter se discuntur explicata sed Regulas illico circa Auctoris resolutionem qui hic est: Cornelius Nepos ad usum transferet; eadem Regulas Constructionibus ex Auctore erutis denuo illustrabit atque sæpe legendo et relegendo memoriæ Discipulorũ imprimet, paginis Regularũ et Notarũ numeris probè observatis.

3. Ita iis, quæ Summã erant necessaria, jam cognitis, denuo Syntaxin simplicem eamque universam explicare incipiet, notis et observãonibus sollicitè excussis; quæ opera ut bona cum fruge succedat diligentiam omnem in exponendo, construendo, imitandoque Auctore suo ollajus sedulus Præceptor collocabit.

4. In retexenda Auctoris constructione primo naturalem verborũ consecutionem tum Artificialem, sed simplicem tantum. Discipulis quid monstrabit; quam illi plus vice simplici repetent Regulis ex Auctore adductis et prælectis etiam sæpius donec longa repetitione sine discendi tædio ex memoria possint recitari.

5. Mox pergat Præceptor ad Syntaxin ornatam, ubi constructo Dei

Heineccio, Regulas ordine atque perspicue explanabit, easque de-
promptis ex Auctore exemplis, quemadmodum in Syntaxi sim-
plici illustrabit, utque inhaereant citius vel firmius iteratis subinde
viribus prælegi curabit.

6. Circa singularum Regularum Exempla sollicite monstrabit, quomo
do eadem ex Simplicis Syntaxeos indole efferri potuissent, et in
quo ornatus eor constistat. Poterit erit hac diligentia ut Simpli-
cis et ornatæ constructionis genium eo perspiciant accuratius
et imitari possint felicius adolescentes: Quia vero fieri poterit, ut
unum idemque exemplum ad utramque Simplicem et Ornatam
Syntaxin possit referri dabit operam Præceptor, ut diversos re-
spectus, quare id fiat doceat.

7. In primis autem monebit Discipulos, ut de Simplici constructio,
ne prius solliciti sint, quam ad ornatam aspirent; quod nisi
fiat, nativam sermonis Latini Venustatem nunquam assequentur.

8. Attendat Præceptor ad Idiotismos cum Latine tum Hungari
ce linguæ indicetque ubi harum una ab alia recedere soleat
et differentiam illam in primis notari curet perpetuo.

9. Pro Stylo legent in primis Corn. Nepotem, mox Ciceronis
Selectiores quasdam Epistolas, in quor lectione Præceptor cu-
ret ut clara voce ~~reddant~~ legant ad commata et distinctionum
notas attendant et accurate pronuncient. Finita lectione uni
us sententiæ Præceptor ex iis, quæ Discipulus legit, formet
quæstiuncalas, ad quas jubeat Discipulum ipsis Auctoris
verbis respondere, tum omissis Quæstiunculis jubeat eund
eadem in Naturalem Ordinem redigere, et tandem hunga-
rice interpretari. Quæstiones tales formare possunt per Cri-
cumstantias secundum Vulgarem illum Versum, Quis? quid? ubi? &
10. Utile admodum erit, id, quod in dictis Auctoribus legunt,
hungarica conversione describere et mox seposito Auctore
latine reddere ipsis.
11 Phrases elegantiores inter legendum indicando et ostendendæ
qualites quis iis uti possit, in sermone latino diversi etiam argu-
menti.
12. Hunc in finem simica lectione alicujus sectionis doceat Præce-
ptor ad Calamum sermonem hungaricum brevem et Simplicem
non tortuosum, ita conformatum ut Phrases, formas contra-
ctionum nonnunquam etiam Periodos Auctoris quem proxi-
me legerunt possint imitari. Initio consultum fuerit ut
hoc tentamen præsente et præeunte Præceptore instituat
13 In Variatione Grammatica adhibeant Verbor paradigma-
et expedite loquendum cum judicio exerceantur, ubi tamen
Soloecismi et barbarismi sollicite evitentur.
14 Cellarii liber Memorialis hac in Classe ad unguem ad-

discat

discatur, eó, ut supra diximus, modó.

15. Exerceantur primum hungariuē in Epistolis scribendis, noxlatinē; materiam huic Cicero mi primis suppeditabit, utile erit om"nem modum scribendæ, subscribendæ, convolvendæ et obsignandæ Epistolæ tradere.

16. Diaria habeant omnes, in quo labores puros exceerpant, præ" sertim phrases elegantiores, memoriæ mandandas referant, et imi" tationem Exemplarium, ut ex his de diligentia uniuscujusque" et profectibus tempore examinis Censores judicare possint.

17. Ex Geographia discant compendiosè quatuor partes orbis Terrar ex Antiqua Geographia discant compendiosè Veteris Græciæ partes et Regiones celebriores ac insulas ejusdem, id quod" in chartis etiam, quas Cornelii quidam editiones habent, re" perire poterunt. In Arithmetica Multiplicationem, et Divisionem" Præceptores docebunt.

Instructio pro Præceptore Rhetorum

Ut in omnibus artibus atque Disciplinis, ita ethic plus exemplis atque exercitationibus, quam prolixis præceptionibus proficit. Et sunt sane paucissima, si verè rem æstimare velimus, artis hujus præcepta. Quæ enim de Inventione in genere, et Locis argumentor vulgo dicuntur ea sine piaculo abesse possunt. Qui rem, de qua dicere vult probè habet cognitam circumstantiasque omnes diligenter consideravit, is locos illos parum aut nihil desiderabit. Sin rem ipsam non satis teneat miserum præsidium sunt isti loci, et nugas potius, quam dicendi materiam suppeditabunt. Deinde si omnino aliquid habent utilitatis, non ad Rhetoricam proprie pertinent sed ad Logicam. Sic etiam affectuum Doctrina pertinet ad Philosophiam. Certè omni arte potior est Affectus in animo ipsius Oratoris qui nisi ipse ardeat, frustra accendere Auditores conabitur. Sic etiam Dispositio de qua secundam Oratoris ~~part~~ Artis partem fecerunt ad Logicam potius pertinet, quanquam multis in eam rem conficiis vebis, Rhetores eam sibi vindicaverint quibus plerisque omnibus supersederi poterit. Qui enim rem de qua dicendum est, probe teneat et ex Logica bona Methodi Leges didicerit, paucissima habet, quæ a Rhetore circa Dispositionem petat, Quia tamen Rhetor libri, quoqs intelligendi sunt curabunt Præceptores:

1. Ut ea quæ in Rhetorica de Inventione et Dispositione præcipiuntur, breviter, nervose et perspicue explicabuntur.
2. In Elocutione multo diligentius versabuntur, et quid Orationi Ornatum conciliet, accuratè interpretabuntur.

3. Tropi

3. Troporum et Figurar ratio explicanda, exemplis declaranda, et ad imitandum proponenda; Neque Tropor Schematumque Definitioni-
bus memoria comprehendendis, anxie ouerentur tyrones, sed po-
tiora tantum, ut familiaria ipsis reddant efficiendum. Neque enim
si vel ad unguem omnes illas Definitiones teneant, aliud scient
quam quo nomine hae aut alia Orationis forma a Rhetor filiis
voceti. Ergo

4. Ut Discipuli ea, quae scribunt, ejusmodi Luminibus exornent
alia longe via efficient Praeceptores imitatione minime et Usu
Neque enim est quisquam Orator, qui cogitet miter scribendum
loquendumve de Schemate aut Tropo, quo tamen saepissime
utitur. Quin Nomina saepe Figurar quas creberrime adhibue-
runt, aut nunquam sciverunt aut dudum oblivi fuerunt.

5. Doctrinam Periodor, Criar accurate inculcabunt, sed quan-
tum fieri potest breviter et perspicue.

6. Exercitia in Periodis initio sunt hungarice. Post unum
alterumque exemplum hungaricum exempla latine subjun-
gantur aut exempla etiam eadem hungarica simul in Latinum
vertantur.

7. Exercentur in primis in Epistolis scribendis, quod hac re
quentissimus sit in omne vite genere usus, in hunc finem le-
gantur Epistolae Ciceronis ad diversos quas imitando exprimere
conabuntur.

8. Praeceptor labores Discipulor suor corrigat diligenter. Quia re
ro omnium labores eodem tempore corrigere nequit, corrigat
nunc hujus, mox illius. Cujus enim nunquam correxerit, is nec
proficiet unquam. Quoscunque autem ipse propter brevitatem
temporis et multitudinem Discipulor corrigere nequit, attendat
ut privati Praeceptores corrigant eos.

9. Exo exercitio pronunciationis et Actionis Oratoriae ducent vel
declamabunt qualibet hebdomade in Classe sua ex aliquo
Capite Lectae Orationum Ciceronis, quod jam inte intellexe-
runt, ubi monstrabit Praeceptor quomodo affectus verbo, vultu
gestu et totius corporis habitu exprimi debeant.

10. Auctores legant sequentes: Ciceronis Epistolas, et Orationes
Selectiores, item Justinum, quos primum Praeceptores clara
voce et vernacula accurate interpretabuntur. Orationum in
primis tempus causam, exitum diligenter explicabunt. Quoniam
etiam Scriptores Latinos omnes secundum diversas aetates indi-
care, qui quo ordine legendi sunt, ex Heineccio monstrare.

11 Antiquitatum Romanar notitia cum Literatura Romana
ita connexa est ut his sine his Auctores intelligi negueant.
Eas igitur prudens et diligens Praeceptor ex Nepotis fine succincte
explicabit, quae labor tadium forte ex alio ortum Discipuli
excutiet.

12. Geographiam, Arithmeticam tractabunt diligentius, quam
ista

in Classibus superioribus factum erat.

13. Orthographia utriusque linguæ latinæ nempe et Hungaricæ non tantum in superioribus Classibus sed etiam hic diligenter attendenda et inculcanda.

Instructio pro Præceptore Poëseos.

1 Præcepta Poëtica de Syllabar quantitate proponantur. Maquo hic subsidio possint esse ea, quæ in Classibus inferioribus circa Nominum et Verbor pronunciationem diligens et prudens Præceptor tradidit.

2. Auctores in hac Classe legantur, primum quidem Selecta Metamorphoseos Ovidii mox Æneis Virgilii nec non selectiores quædam Odæ Horatii in his vero explicandis ita versabitur, ut non prius eos exponi per Discipulos jubeat, quam accuratè cujusque Libri argumentum hungaricè ipse inculcet.

3. Præterea in expositione Poëtar id agat ut Periodum unam quamq; per singula puncta in naturalem ordinem redigendam curet atq; voces propter metrum à seinvicem nimis dissitas componantur, fit enim plerumque, ut sine hoc adminiculo carmen intelligi nequeat Quæ ad fabulosam Deor historiam pertinent summa cura inducentur

4. Ubi Carmen ita in naturalem Ordinem ad formam solutæ Orationis redactum fuerit, vertatur in Vernaculam, aut stylo simplici latinè reddetur ita, ut appareat ea apud scriptorem intellecta ~~sit~~

5. Post præcepta Poëtica mediocriter intellecta doceantur Discipuli quod sit pes et Versus, et quæ sit varietas harum apud Poëtas postea sumpto aliquo Auctore jubeantur singulos Versus in pedes secare, et indicare, qualis sit pes primus, secundus &c. quanta sit quæque Syllaba.

6. Ubi ita Differentiam Pedum et Versuum cognoverint, jubeantur scribere Versus, initio facto ab Adonicis mox Hexametros et Pentametros.

7. Utile erit Versus Discipulis ignotos in naturalem Ordinem redactos tentare, quomodo possint in Versus restitui; item Versus hungaricè redditos et in chartam descriptos, seposito libro ex quo Versio facta est, in latinos Versus convertere; tentare item, quomodo servatis iisdem Verbis sola trajectione unius aut plurium Vocum possit Versus alicujus Auctoris mutari, salvis legibus Metri

8. Diaria quisque habeat, in quæ colliget Versus et Auctoribus melioris dei morales, quos quotidie in dictata Præceptoris dictabit, et hi memoriæ imprimantur.

9. Præceptor inter legendum diligenter indicabit Voces et Phrases, quibus aut omnino aut sere soli Poëtæ utuntur, ne sic Discipuli sine delectu adhibendo omnia, quæ apud Poëtas offenderint, naturalem illam, quam ex prosâ haurire cœperunt soliditatem corrumpant. Ex Geographia et Arithmetica, quæ proxime didicerunt discant paulo accuratius.

Præceptores in primis privati dabunt sedulo operam ut hac in Classe Prædi Fabulæ resumantur, et jam accuratius explicentur.

Instructio pro Præceptore Classis Sacræ

Horis ad Studia Sacra destinatis Catechetica diligenter tractabunt dabuntque operam, ut Discipuli ejus Veritatum Theologicarum nexum cum judicio perspiciant, intelligantque.

Grammatica Græca hoc quoque eadem ratione tractari debet uti Latina, id est Præcepta et Regulæ Grammaticæ breviter perspicuè et eæ quidem inter exponendum magis inculcandæ erunt.

Post accuratam Paradigmatum Nominum et Verborum Cognitionem et Vocabulorum Copiam (quæ ex Pasoris Lexico aut Homerio aliquo Græco acquiri potest) deducentur Statim Discipuli ad exponendum N. Testamentum Græcum. Tabulam item Cebetis nec non Dialogos Luciani, in quibus exponendis resolvendis et interpretandis eadem Ratione versabuntur Præceptores, uti Superius in Latinis Auctoribus commoratum est.

Arithmetica ex Compendio Volphii et Geographia accuratius tractentur, quam in Classibus Superioribus factum est.

Instructio pro Præceptore Classis Logicæ

1 Præceptoris hujus erit Classis Logicam Baumeisteri ut et Ontologiam Discipulis suis perspicuè ita interpretari, ut jam hac in Classe Principiis Logicis et Ontologicis eorum animi imbuantur.

2 Definitiones universæ Philosophiæ ex Definitivis Baumeisteri memoriter perdiscantur.

3 Studia Catechetica, Arithmetica et Geographica majori studio et cura excolantur.

4. Cui vero Præceptori hac in Classe tres tantum per diem Horas impendet, ideo Logici Studia quoque Mathematica frequentabunt.

De Togatorum Studiis eorque tractandorum Ratione

Quantum referat, qua Ratione quove ordine, quid instituas, quamvis maximum illud habeat momentum cum cæteris in rebus omnibus, tum vero præcipuè in bonarum Litterarum Studiis, dici vix ac

ne vix

ne vix quidem potest. Ingentia certè pondera, quæ nullis alioqui viribus moveri queunt, si ars adhibeatur tolluntur vel minimo negotio. Quemadmodum et in bello, uti loquitur Erasmus, non perinde refert quantis copijs, quantisque viribus hostem adoriaris, ut quam probè instructo exercitu, quo consilio, quoque ordine pugnam capessas; Multo profecto celerius, quo tendant, perveniunt illi, qui semitas compendiarias norunt, quam qui omnem ut Plautus ait Duem sequuntur, quique varijs errorū ambagibus circumacti, defessi, sciuntur atque ita aut animum demeta unquam attingenda despondent aut certe si eam attingant, incerta jam morte atrox ijs Lachesis omni momento imminet, neque adeo cuiquam utilitatem ullam præstare queunt.

Ut igitur studiosa Iuventus quid sequatur, quove ordine sua tractet studia, habeat in compendio hic exhibebo. Quod faliciùs felici usque inspiciatur, Universum togatorū ordinem in duas dividam classes opportuit.

Studia Classis Primæ

1 Primùm quam adolescentes classibus inferioribus egressi et accuratè censiti, i. quod Censura et Subscriptio semel tantum in annō sub finem nempe Mensis Junij admittit. i. Professorē Judicio, togatorū Ordini adscribere sint indicare Professoribus debebunt utrum statui Ecclesiastico, an civili animum suum addicerunt ne ita qui vitæ seculari operam sunt navaturi ad tractandas nonnullas Disciplinas adstringantur, quales sunt: Studia Græca et Hebraica Methodus item docendi: non eo tamen hoc dicitur, ut hæc studia ab ijs abjicienda aut negligenda censeantur quin linguæ imprimis Græcæ studium, quam omnes omnino Litteratos deceat, imo viros quoque eruditos efficiat, apud omnes in confesso est, quamobrem neque quisquam vere laudis cupidus ab ijs arcetur.

2 Quoniam operam dabunt Studiosi primùm hujus Classis, ut circa studia loco suo maximè congrua et necessaria versentur, qualia erunt pro S. Ministerij candidatij:

a Historia Universalis
b. Litteratura Græca et Romana
c Antiquitates Græcæ et Romanæ
d. Lingua Hebraica
e. Logica Metaphysica, et Mathesis pura Arithmetica nempe Geometria Trigonometria.
f. Lectiones Catecheticæ

Et hæc quidem omnia præter Græca et Hebraica tractabuntur etiam

etiam ij, qui annum ad Stadium Civilem applicuerunt; Quia vero hæ ões Disciplinæ Professores quolibet triennio per-
current, pertractabuntque, studiosa quoque Juventus adhibi-
ta omnia diligentia hoc temporis spatio luculentos in ij pro-
gressus facere potest: publica post triennium his studijs de-
stinatum instituet Censura, ut ij, qui diligentiam suam
et profectus insigniter probaverint in alteram Classem promo-
veantur; reliqui vero aut in eadem Classe tandiu manebunt
donec cad vel sit satis periti compertí fuerint; aut si desidet et
negligentes deprehendant, e Schola penitus removebunt. Duo vero
hoc in examine paratiores promptioresque reddat, finito quo-
anno Scholastico publica instituet Censura, ex ijs solum Di-
sciplinis quæ eodem Aõ a Professoribus pertractatæ sunt et traditæ.

3. Licet studiosi hujus Classis ad studia Classis sequentis frequentan-
da obstricti non erunt; si tamen industria et ingenio immutate
ead quoque scientiarum cupidi sint, ab ij omnino non arcent.
Lari Laõne Secundo etiam Classis Juvenes a studijs et pro-
lectionibus primæ Classis minime prohibent. Verum Classis
una a stipsis et exercitijs alterius Classis libera erit.

Studia Classis Secundae

1mo Translati in hanc Classem ad studia cum maximè sequentia
obstricti erunt. Et quidem:

A. In Philologijs

a. Antiquitates Hebraicas
b. Analiticam et Exegiticam codicis Hebrei Lxx.
c. Historiam Patriã

B. In Philosophicis

a. Physicam Experim. et Philosophiam Naturl.
b. Jus Naturæ et Philosoph. Practicam
c. Mathesin adplicatam puta: Astronomiam
Geographiam, Chronologiam et Gnomonicam

C In Theologicis

a. Theologiam Dogmatico-Elencticam
b. Theologiam Moralem
c. Historiam Ecclãsticam
d. Methodum concionandi.

Et quia Theologiæ Professor Theologiam Systematicam quo
libet

liber biennio semel per Quadriennium vero his absolver; quo temporis spatio etiam reliqua hic memorata pertractabit nullum est dubium, quin studiosa Juventus suo felicitatis provida, in examinibus pari ratione hac etiam in Classe instituendis ut supra dictum est, luculenta et illustria laboris sui documenta sit exhibitura.

2do Ut vero privata quoque diligentia utriusque Classis manifesto appareat debebunt singuli pro diversitate scientiae in quibus versantur pensa et exercitia elaborare; hoc autem quo facilius fieri possint Professores fontes aperient et Auctores subjunctos indicabunt viam atque rationem monstrabunt, qua id commodius fieri queat. quo pensa et Exercitia apud Philologos erunt: Epistolae Declamationes Carmina et Orationes: apud Philosophos et Theologos Dissertationes, et ad quidem non operosae, et vastae ad vanam ostentationem eruditionis comparatae, sed breves, simplices, nervosi tamen et ita elaboratae, ex quibus rite intelligatur illos rem, materiam circa quam occupati sunt bene, acute persecuti, scripsisse et sibi Auctores, qui ea de re scripserunt esse quam maxime notissimos.

Haec sunt quae de ratione studiorum in praesenti praecipi poterant. quibus etiamsi via non omnino parefacta sit; at commonstratum est saltem iter, in quod si Docentes et Discentes alacri animo ingrediantur, facilius ea, quae maxima sunt conjunctis Atque ut hos conatus Numen optimum Maximum ad Sanctissimi sui Nominis gloriam et publicam utilitatem laetis successibus secundet beet, prosperetque animis flagrantissimis, omnes qui his Literis adumbrandis interfuimus, optamus et desideramus.

Licuit in praeambula Approbatione non semel hac in conclusione omnia Projecti hor, Methodique docendi puncta rite observanda, observarique curanda, denuo etiam sub veli quodque Supr Reform Consistorii Fratrum commembrorum Nominibus et in personis injungunt seriosque intimandum volunt.

Joan Tom Lažár m.p.
Ladislaus Tom Jelenik m.p.
B Wolfgangus Daufi de Losonz
Supremo Reform Dacium Consistorio Cybinij die 8va Julij 1770
Extrad per Michaëlem Tamási. Consistor Secretar m.p.

Ao 1770 die 20 Novembris. Ezen Salutaris Docendi et Discendi Methodust az Erdélyi Reformatum Mlgos Fő Consistorium nak parantsolatyából a' N Enyedi Nemes Refor Collegi umban publicè fel olvastatván, auctoritatè publicâ bè vettem, prothocollaltattam, és nyomos követej végett, kö zöüségeyè tettem, több Inspectos Curator Társaimnak. is képekben.

Sub Rectoratu
Josephi Kovats mpr

Teleki Samuel
Curator.

159.

Copia ad Num Gubern 11885. a. 1820. ad Consist.

7. a. 1821.

Sacrae Cæ Regiae et Apost. Mattij etc. Nomine.

Venerabile Consistorium nobis honorandum. Salutem et Gratia Cæ Regiae Incrementum. Sua Majestate Sacra, medio Benigni Decreti Regii Sub 10a Novembij a. c. N. 2968. huc Aulico cum mutua e pecuniis publicis, et fundationalibus per praepositos concernentes excipi solita, exemplij pluribus docentibus, semper in detrimentum respectivarum Capitularium vergant, et cum noxia in tractandis publicis Debitibus indulgentia Conjuncta sint, ne in futurum praepositis, quibus rite Administrandarum pecuniarum publicarum, et fundationalium Scholarum item ex Collegiorum Superinspectio, et Cura incumbit, pecuniae e Cassis publicis, Cura, et Superinspectioni eorum Creditis, mutuo dentur; datarum vero hucusque interusuria, sine mora, sub responsabilitate Capitularium Administratorum incassentur; hujus modi pecuniis autem, alijs, nullum in Administrationem et curam similium publicorum fundorum influxum habentibus, erga sufficientem securitatem eliocentur. Altissima proinde hac determinatio adornanda ejusdem publicatione fienda que Statuta in posterum observantia, hisce prescribitur. In reliquo altissata Sua Mattas Sama benigne propensa manet. E Regio Ct. Pátij Triannio Gubernio. Claudiopoli Die 21. Dec. 1820.

B. Joannes Sósikamy

Ladislaus Cedö Canell.

Josephus Gyárfás Secret

161 Copia ad Num. Gubern. 2897.

D. D.

A postoli Királyunk, és Kegyedelmünk Ő Felsége az Egyházi és Oskolai Fundusok jövedelmei iránt különös atyai gondoskodással viseltetvén, a' mult November 22dik napján 9930. Udvari Szám alatt hozzánk kegyelmes Királyi rendeléssel fogva hatásosan gondoskodni méltóztatott, hogy, mivel kedvezésnél fogva tapasztaltatik az említett fundationalis fundusok alatt folyando Interesbéli pénzeknek némely adósoknál való hosszas hátra maradása, sőt azoktól a' kik, két vagy több esztendőktől fogva tartoznak, nem csak az Interes, hanem a' Capitalis-is Executio által felvétetésben, ezen kegyelmes rendelésnek kivánt elhelyezésére végett, valamint 1820dik Esztendőbéli Januarius 18dik napján 12438. E. 042 c. 819. ide való Szám alatt, közönségesen Circularis által minden Subjectumoknak meg hagyatott volna, ugy mostani ujjabban-is, egyelmeteknek, hogy szorosabban meg hagyatik Kemagok Kerületekben Directoratusnak az hátra lők által az Fiscalis Interesseknek, vagy a' Kejelevő Fundationalis Capitalis Summáknak is felvéte delmek fizetéséről, a' lésében segedelmül lenni el ne mulasszák, ellentzö esetben a' hibás, vagy késedelmező Fizetnek, nem csak a' fizetése, sőt függesztetni, hanem nevek-is Ő Felségének tudtára adatni, a' Felsége Udvari rendelés szerént. In religuo G. C. R. Tt. Gratz Stannio Gubernio Claudiopoli 9a Septembr. 1823.

L. S. B. Rosikay

Ladislaus Pedö Cancell.

Ladislaus Enyedi

ac prædicationem auxilium Dei publicitus ab ipso vel petere, vel cum
gratiarum actione excipere esset nodium, ac ignominiosum. Similiter cum
populus noster cantionem publicam Cultus, solenni tum soluta ora
tioni tum Verbi prædicationi apud nos præmitti subnectique solitam
non tam pro publici cultus parte, quam pro opportunitate hominum
melius in cœtum Ecclesiasticum congregandorum, indeque segregando
rum reputet, ac observet, multum sane reverentiæ cultus derogat, in
quo errore ut plurimum ipse confirmatur. Si ritus ille totum Dei
cultum publicum incipiens et finiens non tantum omittatur, sed et mo-
dicus, sicuti fit damnetur; ita vicissim corrigetur, si serie et vere de
isto negotio institutioni exemplaris quoque Verbi Ministrorum directio
et conformis gestus subjungatur. Cæterum tam ordo quam decorum cultus
publici id postulat ut ædes a Deo ad eum publice peragendum institutæ
adhibeantur ea ratione quæ ipsarum dignitati, cultusque nobilitati conve
niat. Atqui et cultus dignitati, et rerum divinarum in cultu publico versan-

darum.

darum majestati magis congruit, ut totum Dei Cultum publicum pastoris benedictio, consecratio, et directio exemplaris prima incipiat, ultima vero concludat, et finiat, ne aliqua cultus partes intermedia ea destituantur, alioquin enim publicus Dei cultus non secus administrari videtur quam si Paterfamilias prima et ultima mensæ suæ fercula nihil curans medium sui Convivii tantum inciperet et finiret per precationem, et gratiarum-actionem consentaneam. Adhæc quæ Conscientia de rebus fidei rectius informata negare ausit, si alicubi, maxime in Cultu publico id oportere a nobis observari, ut quod ibi seu dicto, sive facto agendum est id fiat in nomine Jesu Christi, et quidem tanto illustrius, et strictius, quanto publicus cultus anteit privatum, jam vero cuilibet rationi per Sanguinem Xti sanatæ, modo recte attendat, conspicuum est, illustrius et strictius administrari cultum publicum in nomine Xti si ille per publicam Pastoris benedictionem, et Consecrationem Christianam plebi exemplarem inchoetur, et finiatur publice, quam si ille ritus omittatur, quid enim? an precando ex Suggestu publice totum Dei cultum consecrare, populo benedicere, Deoque gratias agere, in initio et termino cultus publici, non est illustrius; ac cultus sevexitati accomodatus, quam id non facere solum, sed et ita facientes malitiose eximinari. Ad extremum ædificatio Ecclesiæ requirit ut Cultus Dei publicus in omnibus suis partibus quantum fieri potest sit æquabilis, Auditorumque profectui in Sapientia et observantia Spirituali proportionalis. At vero aquinos omisso ritu illo ædificatio Ecclesiæ vix queritur et attenditur in Cantu: tum quia absque indicatione publica populum dirigente simul et semel ex Suggestu, nescit a populo in quo Deus Hymno sit celebrandus: tum quia nostri Cantores et Scholarum Rectores, quibus directio Cantus vulgo incumbit, sæpissime canunt inconvenienter. in cœtu Ecclesiæ, vel imprudentia, vel impudentia, et presenti rerum statui et loci, temporis, personarumque, cultui Divino tunc recte inhianti um circumstantiis, et denique dissertationibus, de facto instituendis, loco benedictionum maledicendo, cantumque ita protrahendo, ut major temporis cultui inservientis pars, potiori Ecclesiæ institutioni subtrahatur, sicque Pastoram concio, et Solennis Oratio cum tædio minorique quam oporteret fructu audiatur. Sed jam opera pretium est videre et perpendere in timore Domini, quid contra opponi soleat, et possit. Et quidem primo damnati ritus jam ita demonstratus, quia majorum nostrorum exemplo carere, receptæque antiquitus Consvetudini proba ta repugnare videtur. Verum enimvero cum totus Cultus nostri Divinus debeat esse rationalis; ritum in cultu Dei fundamentis ac exemplis Scripturæ S. suffultum, consvetudo hominum tantum abest ut removari debeat, ut potius ipsa si quatenus Ordini Divino insultat, præscribit, eumque pro se non solum contemnit, sed et contumaciter redarguit: et Deo ingrata, et Deum colentibus infrugifera esse ab ipsomet Christo pronunciatur, sicut enim recta in Politia leges non Consvetudine sola sed ratione niti debent; ita omnes Cultus Divini partes, et ritus prasi Scripturæ sunt metiendæ. Neque tamen hoc ipso ritus apud nos ante observatus tamquam malus damnatur, modo instituti oraculi, iis qui melio

rem.

rem observare ponunt, et volunt legitime, ne obtrudat sicut nec ob prioris bonitatem posterior hic proscribi meretur, nam ex bonitatis gradibus, sicut melius praestat bono, neque tamen ipsum per hoc redit malum, ita bonum meliori debet cedere. Hinc videre est Scandalum quoque ex ritus prioris omissione, posteriorisque hujus observatione praetensum non magis atque consuetudinem objectam urgere, quia ritus ille qui pro fonte scandali reputatur, cum non sit peccatum alios vel male inficiens vel a bono retrahens, verum ordo fundamentis et exemplis Scripturae S: stabilitus, scandalum inde non ortum sed acceptum, quod nihil potest remorari veritatem apud eos, qui veritatis Domino servire contendunt. Si quis dicat etiam sine illo ritu posse cultum Dei salutarit perfici, adeoque non esse necessum ipsum urgere; respondeo, posse quidem sed ex Scriptura dicto teneri nos, non tantum ea, quae sunt ad salutem absolute necessaria; verum etiam illa quae ad decorum et dificationem de jure Dei faciunt, in Cultu Dei observare, jam vero hunc nostrum ritum ad ordinem, decorum, et dificationem Ecclesiae juxta Scripturam facere praeter superiora vel hoc unum ostendit, quia bene dicto cultus et populi ordinaria publice peragenda primo et ultimo non in alienam personam devolvit, sed ab ea cui id facere divinitus est commissum peragit. Verum hic regerit in Vetri quoque Testamento Cantus directionem in coetu Ecclesiastico non Sacerdotum sed Cantorum fuisse, atque adeo neque nunc aliter faciendum esse. At ad hoc respondeo id, quod Cantores illi, tum Doctores Prophetaeque, tum denique ex tribu Levi, penes quem erat Sacerdotium, fuerint, sicuti perspicuum est ex 1. Chron 23: 2. 3 4: 25: 2. 3. 5. 6. 7: 2. Chron: 20: 19. 20: 29: 25, 26, 27. At nostri Cantores, ex censu Sacerdotum Prophetarum, et Doctorum Ecclesiae non sunt. Unde merito retorqueri illud argumentum sique dem in locum Sacerdotum, Doctorum, et Prophetarum Vet. Tti „in N. Tto. sexus Verbi Ministri, et non alii. & Succes Stephanus Csengeri

Eodem anno MDCLXXj. vacans Cathedra Theologica communibus DD. Curatorum votis oblata viro Clarissimo et Doctissimo Dño Martino Desi, Ecclesiae Kezdi Vásárhelyiensis Pastori, qui die 28 Novembr in praesentia honorifica Illustris Baronis Dñi Dñi Stephani Bornai inauguralem orationem publice habuit. Fuit vir solide doctus et spatio temporis bene longo ad Sanctum opus urgendum Vicennali nempe a Deo honoratus. Multa interea passus ab emulis Fratribus, hic enim Johannem Coccejum Praeceptorem secutus, plurima hactenus non observata in Scripturis, proponebat Discipulis suis, quae illi vel non intellecta satis, vel incautius passim sive Concione vulgabant, unde ansa calumniandi Virum porrecta. Aō inprimis 1672 et sequenti protractus, ad causam dicendam compulsus, ab adversantium multitudine, et clamore, non vero rationibus oppressus, damnatusque Radnotini ut munere Scholastico simplicitr cedat, pastorali vero fungatr, abstinendo tamen scopulo ab iis dogmatis, quibus hactenus offendiculo fuisset. Verum haec acerba Ministrorum Sententia ad ulterius tribunal Principis relata, ibi clementer relaxata, et Vir in munere suo perseveravit.

Anno.

Anno MDCLXXVIII Dictus supra Professor Dn. Johannes Nádányi
apud Principem delatus, et rerum novarum accusatus, ut qui Princi
pis Emulis suffragari, et in malo consultor fuisset. Hinc ex gratia,
qua in Aula multum pollebat, et officio excidit. Surrogatus est in Pro
fessione Lingvæ Sanctæ, et Logices Clarissimus Dn. Steph. Kolosvári.
Supra memorati Literatissimi viri Dni Pauli Csernatoni mors
Illustri Collegio adeo damnosa incidit in Annum sequentem 1679.
mensem Februarium, quando is subito forti Apoplexia tactus obüt, quem
Franciscus Párizpapai, Defuncti, Discipulus olim, ita luxit.

Dasne manus tandem letho, moreriſque, diu quem
Dicent petentque posteri.
Tune etiam moreris Raule, immortalia semper
Prensare qui contenderas?
Et frustra moreris, cogis quia Gargara laudum
Et vivis, imo æternus es.
Littera ni pereat, Musa omnis, et arbiter omnis
Testisque bonorum integer.
Littera te pascet, Musæ super æthera scribent
Testesque splendidas agent.
Jure etiam merito, quin jure hæc præmia poscees
Laboris hoc stipendium.
Post tot pentathla et post mixtos pulvere cursus
Victamque harenam gloriâ
Naturæ Oceanum felici nave subactum
Post tot bonas Scientias.
Quèis impalluerat a primis fervidus annis
Nec decerat Messis nisi.
At privata silere decet cum publica prosint.
Majora dona millies
Messem fecisti, messem demessuis illa
Felix Juventa te Duce
Quæ te Claudiaca et quæ post Enyedina per arva
Vidit Ducem secutaque est.
Hinc Tu Principibusque viris non ultimus hospes
Quâ polluisti gratiâ
Atque aliis pariter dilectus sive doceres
Seu quid referres per jocum
Omnia spirabant eorum et venerabile pectus
Nil non acutum prodiit
Mastix pigritiæ, ignavis exosus, et ipse
Gravis amatus et Pater
Tune etiam moreris vitâ dignissime longâ
Sic est referr longum Vale.
Excubitor fortis Musarum et nobilis providus Atlas
Riges, cubas, non excubas.
Perge, cuba molli sub cespite, credito pro Te
Et nostra lingva heic excubat.

Bibliotheca.

Bibliotheca dicti Professoris Tsernatonii sic satis instructa, publicæ Col legii addita et applicata. Vacans hujus Cathedra cum Pædagogiarcha tu oblata communibus Principij et D.D. Curatorum votis eidem Fran cisco Párizpai Med. Drĩcto xri 1680 die 4. Januarii, quo die solennit introductus per Illustr Dn Dn. Nicolaum de-Bethlen et Ve nerandum Episcopum Dn. Michaëlem Fosaeum ad physices et Histo riarum professionem Lingvaque Græcæ studium excitandum.

Fato cedentibus voluntate Dei Curatoribus tum Supremij IV.tum vicariis, lecti sunt Illustres Dni. D. Samuel Kerentesi Comes Supremus Comitatus Albensis, Dn. Emericus Lázár Sedis Siculicalis Maros Regius Judex Supremus, Dn. Laurentius Petri Comes postea Comi tatus Albensis Supremus Dn. Samuel de Betlen Comes Supre mus Comitatus de Kükülló.

Aõ 1685 Cl. Steph. Kolosvári Professor Celsissimi Principij et Status Evangelici decreto, jussus est subire legationem ad Serenis simum Electorem Brandenburgicum Fridericum Vilhelmum Prin cipem item Auriacum, et præpotentes Belgii Fœderati ordines.

A.C. 1687 Idem Cl. Steph. Kolosvári cum Collega Franc. Pá riz-pápai, novo Principij et Statuum decreto, lecti ad legationem, ille quidem ad Serenss. Brandenburgicum, ordinesque Belgii. Hic vero ad Sveciæ Daniæque Reges, Electorem Saxoniæ, et Reformatos Hel vetiæ Cantones.

Secutus tristis supra laudati professoris Martini Desi obitus qui honestij, licet a fortuna non ita splendidis ortus parentibus pio eorundem zelo, in Schola patria Désiensi loco vel veteri Scyt harum huc effusorum monumento, adhuc stante, celebri, jactij bona rum literarum fundamentis, ubi earum prægustationem fecisset, am bitione bona ad ampliorem studiorum mercatum bonorum fautorum consilio et succursu, inprimis Emerici Párizpápai tunc Ecclesiæ De siensis Pastoris, et Vicinarum Senioris, properans rectâ Sáros Pa takinum illustri Schola celebrem petiit, ubi se de novo novæ pal æ stræ credens, post aliquot ibi missus felicit factos, ita alacrit æqua les prævertens, ad metam constitit, ut jam nihil, nisi restaret coro na post pulverem. Admotus ergo Superiorum arbitrio cathedræ, post subsellia, litteras, quas a fidis Magistris hauserat, easdem publica mercede publicæ præcipere juvenij adhuc cœpit, tum in Classibus ordi nariis, tum vero in Aula Illustris Baronis Dni Stephani Botskai erudiendis ejus privignis tribus Clobusitskiis admotus. Utque hæ Desini fata et Catalini rigata lœtius incrementum sumeret planta, liberalibus Patroni impensis dignus est judicatus qui pe dem ex Hungaria efferret, et alium quoque in artibus profecturus experiretur solem. Venit ergo in Hollandiam, ejusque nobilius in lit teris emporium Lejdam ad Batavos, atque ibi sincere Theologiæ in primis animum applicat, felix Professoribus in ea facultate Docti simij, præcipue Johanne Coccejo, cujus toto quadriennio latevi adhæ rens, inde non frustra caluit: patriæ enim postliminio cum tanto fœno re redditus, ambiri hinc atque hinc cœpit, et primum quidem Cathe

dre.

D 24

ra Ecclesiastica Kerdi Vásárhelyiensi, et hinc Scholastica in Illustri
hac Enyedina adhibitus, viginti et amplius hic annis Sacrum opus fe
liciter exsit, et pari fidelitate missio divite in omnes Hungariæ et
Transylvaniæ angulos examine auditorum, donec præmissa ad plures
vitæ Socia, viduali vita, et perpetuodum langvorum tædiis fractus, ema
ciatus, et plane exsuccus factus, Anno C. 1691 die 24. Julij, hora duo
decima meridiana Sole culminante Societatis Sol, in illum justitiæ
Solem, quem solum hactenus diligerat et dilexerat, se se placide oc
culuit, longiore in terris vita dignus, ingenti sui desiderio relicto.

Aō 1692. d 26 Januar. Clarissimus Dn Stephanus Enyedi
Pastor Ecclesiæ Vásárhelyinæ quem piæ memoriæ prædecessor mo
riens Successorem nominaverat, accedente Inclyti Status Reformatorum
et Dn Dn Curatorum in Comitijs Tordensibus suffragio, ad profes
sionem Theologicam solenni oratione habita introductus est.

Aō C. 1690. Spect. ac Instr. quondam Dni Dni, Gabrielis Kendesi
vidua, Spectabilis ac Instra Dna Dna Barbara Daniel, in rationem
levandorum pauperum Scholarum misit vas vini unum quadragena
rium, et Cubulos Tritici decem. Aō 1691 misit tantumdem, Aō vero
1692 in eorundem rationem misit Florenos 30.

Aō C. 1690. Contulit Illustris Dna, Dna, Anna Kapi Consors
Illustris Dn Dni Balthasari Matolai de Losa tritici in acervo, tribus
Collegij Professoribus, quod excusum exhibuit grana Metretas Nro 240.

Moriens Clarissimus Professor Dési, pecuniam Collegij Bib
liothecæ augendæ destinatam, quam dum viveret curabat, valde tu
multuarie et confuse transmisit ad Collegas Florenos circiter 500,

Aō C. 1693. Contulit in usum Collegij Spectabilis ac
Generosus Dn. Paulus Nagy de Petek tritici metretas 100.

Eodem Anno. Illustris et Magnificus Dnus Dn. Johannes
Kemény contulit tantundem.

Anno eodem Vir Præstantissimus Dn Basilius Ölyvesi 20.
circiter annis Celsissimi Principis Agapii Cantor Aulicus Celebs, olim
Collegij Enyediensis Diu Alumnus, moriens testamento legavit dicto Col
legio Florenos Hungaricos 100, qui a Professoribus in Bibliotheca
singulare auctuarium deputati

Aō 1694 Mense Octobri, Illustris Baro Dn. Dn. Johannes
Kemény de Pyéro Monostor, contulit in usum Collegij Communem
tritici in granis modios 200. Id quod postmodum laudatus Heros, cum
Illustri Hervina Uxore Anna Telekia, pro Domo Dei singulari eidem
pio Zelante Domina fatum, et vel posteris usurpandum et præstan
dum pium patrocinium esse voluit, ut in dicti Collegij usus omnis ipso
rum Sementis tritici allodialis in agro Gerendiensi proventus pars
vigesima fideliter ederet, qui sæpius ad trecentos acervulos s: vulgo Se,
limas s: tritici ascendebat. Cedebat autem hoc quicquid erat ita juben
tibus Patronis, in usus pauperum Scholasticorum, puerorum præci
pue Orphanorum, post fata Patrum Reformatorum Ecclesiarum in
dura paupertate relictorum, et creditum ad pie erogandum fidei Rec
toris Collegij, et Professorum.

Mos.

R 25

Mox ad Fiscum Collegii, cujus omnij cura penes Rectorem erat, accesserunt Floreni Hungarici Centum ex funere Vidue Spectabilis ac Prudentis Dni Gabrielis Kendefi, Domine jam supra laudate Patronae vere Piae et Clementissimae Dnae Barbarae Daniel de Vargya.

Non ita multo post Anno Xbri 1695. Stephanus Mezei natione Valachus, qui diu in studijs hic haserat, ignotae origi nij juvenij probus, et pius, noctu dum ad vesicam levandam lu biculo exiret, per scalas ex Alto cadens cervicem fregit, mortu us a Vigile Collegij summo mane et jam rigidus ibidem inven tus, in cujus lecto inter pulvinaria abditi reperti sunt Florenj Hungarici septuaginta, qui ex consensu Professorum pro augen da Collegij Bibliotheca in fiscum relati.

Anno eodem in eundem usum contulit ex pia devotione Prudentissima Dna Elisabetha Kis de Szabatka, Uxor Prudentis Dni Petri Puspöki Comitatus Alba Juliacensis, Judicis Supremi, Florenos Hungaricos octoginta clam Marito homine natura tenaciore. Quod tamen ubi Maritus intellexit, uxorij aemulatione, et gloriae ambitione sese induci passus est, ut Ao 1700. strena votiva loco, numerares Florenos Hungar. centum faeneratos sub usuris ordinarijs decem per centum, quas Alumno Scholari Florenos nempe denos annuatim erogarent Collegij Professores, quod quidem anno ej durarit, at postea per incuriam Rectorij, usura haec cum sorte intercidit.

Contigerat ea tempestate Ao scilicet Christi 1696. ut Illustrissimus S.R.J. Comes Paulus Teleki studiorum pariter et experientiae, vitae magistra apud exteros comparandae causa. in Germania peregrinans, apud Berolinum Marchiae Brandenburgicae Metropolim, et Sedem Electoralem moraretur, splendidam Electoris Principem, ejusque magnos ministros, Ecclesiamque, et Ecclesiasticos, eorumque ordines et mores, penitius et curiosius cognituras nunc hunc, nunc illum salutares, Erat vero ibidem inter plures eruditos, videri et compellari dignus, Serenissimo Electori a Sacris Aulicus vir aprime Doctus, philologus insignis, Theologus solidus et Concionator facundus, Daniel Ernestus Jablonski ex Bohemorum reliquijs oriundus, qui in sanguinaria illa per Caesarem Ferdinandum II. in Bohemia persecutione solum Natale verterant; scriptis in publicum emissis celeberrimus, qui tunc forte in contexenda Historia Universali occupatus cum Reformationi et Papismo passim per Europam Seculo "decimo" quinto facta authores sollicite indagat, cum novo hospite Comite Telekio Transylvano Hungaro, quaerit coepit, quod cum gentium reliquarum, in Reformatione initia et progressus litteris mandata haberet, in sola gentis Hungaricae reformatione deficeret, eo quod nulla de exactis horum Ecclesiis Evangelicis tam

numerosij

numeroſq, quomodo, per quos ita creverint, omni hactenus data opera monumenta nanciſci potuiſſet, atque adeo impense rogare Co mitem hospitem, ut pios ipsius Conatus, in tantum juvet, ut perge re hic volentem, et in in obscuro rerum hærentem, ad vivos gentis sue, hoc tempore Antiquitatum Hungaricar præcipue Ecclesiastica rum investigatores dirigat, literis nos ad communicandum honeste invitantibus conveniendos. Hæc dicenti subjecit Comes Telekius, se quidem studia eruditorum gentis sue ob ætatem adhuc nimis juve nilem non satis exploratа habere, interim virum Clarissimum non luxurum operam se credere, si Professores Collegii Enyedinsij Franciscum Páriz-Pápai et Stephanum Enyedinum litteris suis, quantocyus adiret, hoc tam pium et debitum officii genus, ab ip sis jure, et per omnia sacra stipulaturus. Quod etiam fecit, scrip tis ad utrumque sine mora litteris, in hanc ut sequit sententiam.

Daniel Ernestus Jablonski, Serenissimo Electori Brandebur gico a Sacris Aulicis. Cl. Viro Francisco Páriz Pápai in Alma Enye dina Professori Publico S.

Ante omnia de temeritate et audacia purgandus tibi essem Vir Clarissime, quod ignotum compellare, et negotij gravissimi dissen tum interpellare, audeam, nisi hinc causæ quam ago momentum illinc Humanitatis tuæ fiducia intercederent, Nempe Historiam Eccle siarum Sclavonicarum moliuntur viri quidam pii et eruditi, eique ut Historia Ecclesiæ Hungaricæ et Transylvanicæ, nec non Sclavonicæ in specie ita dictæ jungatur votis omnibus expetunt. Huic tantæ provinciæ qui pares sint, præter Te, et plus R.dum Collegam Tuum D. Enyedi S.S. Theologiæ Professorem? ad quem ea de re Tuas scripsi eumque, ut ad se scripta cum Excellentia Tua communicare velit ob, nixe rogavi: mihi equidem occurrunt nulli. Vos igitur Deo Duce industria comite ad tantum opus vos accingite. Non obstabit Me dicinæ quam exnas, professio, quin meminerit potius Medicum fuisse qui primus nascenti Christianismi fastus pandere, Agoney enarrare Apostolorum et Apostolicarum Ecclarum incunabula scripto celebra re in animum induxit; insigni quod tuam quoque pietatem in flam met exemplo. Sed et sequentibus temporibus viros Mediocres Historiæ qua Sacræ qua Profanæ insigne lumen subinde affudisse. Quis est qui ignoret, Ipsorum vestigia si voles, tu quoque premes, et utre tis nomine Ecclesiæ pero. Vale Deo, et Sanctissimæ ejus gratiæ cum tuis et Ecclesia tua commendatissimus. Dabam Berolini. XVj. Cal. Julii. 1696

Plur. Reverendo Clar. Doctissimoque Viro, Dn. Stephano Enyedi SS. Theol. Professori Dani. Ern. Jablonski Salutem. &.

Cum quos terrarum intervalla segregant, eosdem tamen com munis fidei et fraternæ charitatis vinculum conjungat, non egre fe res Vir plur. R.de, quod ignotus ignotum, fama tamen huic quoque Climati cognitum, et in visceribus Jesu Christi fratrem perdilec tum compellare in animum induxi. Rei rationem etc.

(Segue tradução)

L. B. F. inventário
32-76 doc.

1826 X/6. Alapítvéletével a déli irány epitésénd
kezdetével = a pince ásásának megkezdésével
leírta Dacsó Mihály akkori tanuló által.

Tituli Monumentorum stilo latino exarati: Unus productior Membrand inscriptus; alter contractior metallo candido incisus.

I.

Concurrite cives undique alacres! festumque diem hunc nobiscum celebrate frequentes, Sacrum Heroi, dum in terris agebat, Principi, omnium quos Transylvania e gente Hungarorum antigua, eduxit, Maximo, Gabrieli Bethlenio Iktariensi. Cujus viri incomparabilis, si nullum aliud ardentis virtutis, fortitudinis, justitie, sapientie et pietatis extaret documentum: sufficeret vel unum illud Inclitum, Gymnasii Scholarumque Reformatæ Evangelicæ religionis Collegium, in honorem Dei O. M. salutemque Patriæ publicam, anno R. S. MDCXXII. in Albensi Gyulafensi Civitate, ab eo. Summo studio conditum, large et effuse dotatum, legibusque Statuum et Ordinum firmiter munitum. Unde velut ex equo Trojano, tot viri sago togaque proclari, ad rempublicam gerendam, recte et bene administrandam, certatim prosiluerunt. Non tamen illud semper adeo felix persitit, viguitque. Post reditum enim fundatoris in coelum, ingruentibus subinde belli tempestatibus et procellis, a fortuna destitutum, deminatumque; Anno quippe MDCLVIII. urbe Principali, Barbarorum incendijs crematâ, et devastata, sede nativa disjectum varios subiit, pertulitque casus: Donec turbinibus pacis desævientibus, singulari cura et diligentia Michaëlis I. Apafii Principis, pietate non minus, quam doctrina insignis, unde unde recollectum, et Anno MDCLXIX. publica auctoritate, in Hæredii sui, Oppidi N. Enyed vicum, finitimi pagi Miriszlo nomine gaudentem, delatum, locoque auspiciis defixum, initio quidem parcius

percrispum, stabile tamen insedit Domicilium. Quod
paulatim successu temporis propagatum, quamquam
interim quoque sepe in angustias adductum, sed trium
Virorum precipue, immortalis memorie Doctorum et Pro-
fessorum Francisci Pàriz Pàpai, Michaëlis A. Ajtai,
et Josephi Kovàts, sollicita cura, improbaque labo-
re restitutum, legatisque luculentis recreatum, nunc
probato Pomoerio, favente Francisco Primo, Impe-
ratore Augusto, et Magno Transylvanio Principe,
dilatatùri, quo major juventutis undique confluen-
tis multitudo Divinis humanisque studiis
imbuta, felicius excoleretur, et ad publica
commoda perficeretur, simulque amplioribus, cul-
tioribusque Musarum sedibus, Oratorii, Auditoriis,
Bibliothecis, aliisque ornamentis per intervalla
decoraturi, et posteritati, cui maxime servimus,
tradituri, novorum Aedificiorum extructionibus
memorem ipsum lapidem angularem, Basilicæ
Dominicæ Ecclesiæ Reformatæ, ad Austrum, in
castello proxima, sitæ, obversum, hoc Anno
R. S. MDCCCXXVI. Die XVI. Mensis Septembris,
solenni ritu, plaudentibus, hymnosque sacris
concinentibus Musarum Chorus, læti, alacresque
subjecimus; prius Deum O. M. Patrem Domini
nostri Jesu Christi, nostrumque, per eum, cle-
stem, una cum Sanctissimo Spiritu suo, su-
plices orantes, obsecrantesque, ut piis, ho-
nestisque conatibus nostris, favere, succurre-
re, vires, opesque ad captum opus ita ardu-
um et sumtuosum exacte consummandum ne-
cessarias benigne largiri, hocque adeo omnis
Doctrinæ liberalis Sacrarium velis in æter-
num felicissime æternare, ad gloriam Numi-
nis sui, patriæque salutem, laudati Collegii
Curatores, Summi Senatus Ecclesiastici Reformati

Præses

Præses, idemque Excelsi Regii Gubernii V. Præses Daniel Fábian; Supr. Insp. Cur. Comes Emericus Betlen, L. B. Franciscus Bánffi, Gregorius Tö-
vissi; liberaliumque artium Doctores et Profes-
sores p. O. Philologiæ Johannes M. Nemeggyei; Phy-
sices et Matheseos Josephus Kovách; Philoso-
phiæ Samuel Kötelesi; Theologiæ et Historiæ Eccle-
siastica Johannes Tompa; Chimiæ et Medicinæ
Johannes Barik; idemque Rector; Historiarum
et Eloquentiæ Samuel Hegedüsi; Juris Civilis
Patriique Carolus Szász; caterique civis boni
omnes. Ministri; Provisor Johannes V. Gyarma-
thi; Perceptor Josephus Tóth.

Operum Designatore Architecto Militari Baltha-
saro Schillingio Centurione non ita pridem
Gymnasii nostri alumno perquam grato, eorundem
autem prospecto Georgio Vinklero Ædili Civili.

II

Cum Inclitum illud Gymnasii scholarumque Reforma-
tæ Evangelicæ Religionis Collegium Bethlenia-
num Albæ S. Eugidense, favente imprimis Fran-
cisco I. Imperatore Augusto et Magno Tran-
sylvaniæ Principe, in dies increscens, prolato
pomœrio aucturi, amplioribusque Musarum se-
dibus, oratorio, Auditorio, Bibliothecisque, per inte-
valla ornaturi, Deum O. M. Patrem, Filium, et
Spiritum Sanctum, prius in vota vocanted, novo-
rum ædificiorum exfunctionibus lapidem istum
angularem loci alacresque subjicerent, in memo-
riam rei perpetuam hoc monumentum litera-
tum posuerunt. laudati Collegii Curatores,
Summi Senatus Ecclesiastici Reformati Præ-
ses Excelsi Regii Gubernii V. Præses Daniel Fa-
bian; Supr. Inspect. Curat. Comes Emericus Bethlen,
L. B. Franciscus Bánffi; Gregorius Tövissi; Liberali-

unque Artium Doctores et Professores P. O. Philologiæ Johannes M. Nemeghyei; Physicæ et Matheseos Josephus Kovátz; Philosophiæ Samuel Köröles; S. Theologiæ et Historiæ Ecclesiasticæ Johannes Tompa; Chimiæ et Medicinæ Johannes Bartz, idemque Rector; Historiarum et Eloquentiæ Samuel Hegedüs; Juris Civilis et Patrii Carolus Szász.

Anno R. S. MDCCCXXVI. Die XVI. Septembris. –

231

Nevemet alá'irva adom eren kötelező levelemet arról, hogy a
megegyezésből Esztendőben.

hónap
hat procens interesre a ~~Fundust~~ szám alatt vettem felkölsön

Fundusból ily

feltételek alatt:

1ör, Kötelezem magamat, hogy a' Capitalis Summának interesét fél esztendőnként haladék nélkül be szolgáltatom a'

Kezdve
Kapsába

2or, Mind a' Capitalisnak, mind az interesnek bátorságára lészön alá hol találtatható ingo, vagy ingatlan javaimat altaljában, pro Specialis duplo valoris hypotheca pedig aſsignálom, sőt a'

possessoriumába botsátom, 's két amyit evőleg effective által

adom oly for-
mán, hogy a
concernens Fundus számára,
és mint hogy, a' Jószág most még is az én keremnél hagyatik, és tsak
ugy bírjam art, mint Arendátor, és ugy fizessem be' minden kor az terminum
a' fel esztendei interest, mint ugyan arra az időre eső arendát.

3ör, Ha a' pénz tőllem vissza kivántatna, vagy pedig én art vissza
akarnám fizetni, mind a' két esetben három holnapokal előre fog botsá-
tatni a' lemondás.

4er, Ha vagy az arendának fél esztendőnként való be szolgáltatásá-
ban, vagy a' fel mondott tőke pénznek az terminum lejendő le fizetésében
fogyatkozás leme, szabad légyen a'
megnevezett
jószágot azonnal de facto, nullo juve suffragante, minthogy annak ezzel
renunciálok, mint tulajdon magaét apprehendálni, vagy ha abból nem lehetne,
más javaimból magát szabad választás szerént ki elégittetni, és föl-
tségét, 's fáradságát is bonificáltatni. A ki elégitésre pedig elfogadom
a' Cameralis executionak fenn álló normativumát, nevezetesen az A.
alatt való pontjait, hogy t. i. az exequalis felkelhető jobat az Executor
akkor mindjárt kotyavetye által a' mint lehet, ha beesü és tsekinél alább ij,
Eſs pénzé tegyék, és ha az illő summa ki nem jönne, az executiot min-
den törvényes vagy más kifogásokkal félbe tételével tovább folytassák

hasonlóképpen, bánjanak a' felvő jószágok további foglalásával, ha az exequáltt részekből nem lehetne el zálogositások, vagy arenda által ki venni a' keresett summát.

5ör Akkor esetben, ha a' Capitalis után járó hat procent interest, minden esztendei beszedésével pontosan be' nem fizetnék, akkor hatod ízbe interesseik a' felsőbb rendelések szerint megengedett öt procent poenale Interusuriumát is fizetni kötelesek

6, Mind ezekre nem tsak magamat ha nem successoraimat is kötelezem

Költ

esztendő

napjan ez ez

Tanubol

235

Privilegiales Professorum Reliquorumque Magistro-
rum Collegii R. Enyedensis per D. Michaelem
Apafi impetti Anno 1662 Die 30a 8bris

Nos Michael Apafi Dei Gratia Prin-

ceps Transil. Partium Regni Hungariæ Dnus
et Siculorum Comes &c. Memoriæ commendamus tem-
re præsentium significantes quibus expedit Universis. Quod
Nos cum nullam in toto Orbe Christiano Reipublicam,
nullam Nationem, nullum denique Reginimis genus, ab-
que liberalium Artium exercitio, quarum beneficio Ecle-
siasticis simul ac Politicis rebus Juventutis ingenia accomo-
dari possint, viu florere, requisitisque muneris sui sufficere
posse perspiciamus. Quantum inter tot assiduas rerum
mutationes, sævientesque rerum procellas hicuit afflictissimo-
que nostro Regno hac de re consulere volentes, quo commo-
dius optatum intentionis Nostræ finem assequi liceat,
multorum Magni Nominis Regum ac Principum exempla
imitati, Doctores ac Magistros Collegii Nostri Enyedinensis,
eorumque tam modernos, quam futuros successivis temporibus Ju-
turos Discipulos, Signanter Reverendum ac Clarissimum Do-
minum Petrum Vásárhelyium, Sacro Sancto Theologiæ in
dicto Collegio Professorem, ipsique adjunctos aut adjungendos,
imo prædictionatum nostrum Collegium totum, ejusque
moderna et futura commembra omnia, his prærogativis
et libertatibus munienda duximus: I. In dispositione Clas-
sium, methodo docendi, aliisque rebus ad præfectum docen-
tium, simul et discentium, nemo ipsis præscribere præsum-
mito II. Nullis a quibuscibet, signanter vero incolis Oppi-
di Enyediensis incommodis, injuriis, dehonestationibus affi-
ciantur, qui talia ausuri, severam animadversionem nostram certo
expecturi sunt. III. Quantum injuriis temporum permiserint
ruinataque per continua bella Collegii ejusdem bona, præsta-
re poterunt, fallarium ejusdem dari solitum, debito tempore
Perceptores proventuum bonorum dicti Collegii ipsis absque
iterata Curatorum requisitione persolvere sint astricti, ne cum
prejudicio studiorum insigni, talibus sollicitationibus di-
stineri cogantur. IV Quoniam Dni Curatores Christiana
pietate, divinoque impulsi Zelo, subierunt onus procu-
randi negotia totius dicti Collegii, ejusdem Professori-
bus et Magistris conjuncti, absque contemptu ac dessectu

ejusdem

cujuspiam, comunicatis Consiliis, intervenientibus mediantibus Officialibus, cum concordia, non autem dissidii Deus ipse Author eandem in Seminario Cleto suo a quibus libet exi-
gat. V. Præmentionatis interim Collegii Nostri Professo-
ribus, Magistris, reliquisque ejusdem commembris, ea præ-
rogativas conferimus conditione immunitates, ut quicun-
que ex eorum Numero successivis semper temporibus, di-
vinis humanisque legibus contemptis, sceleribus aut
quibuslibet enormitatibus se contaminaverit juxta demeri-
ta, ipsimet irremissibiliter punire teneantur, cum Semi-
narium Ecclesiæ, asylum latrocinii fieri minime velimus;
prout prædictas immunitates totiesdicto Collegio nostro
modis specificatis, animo deliberato et ex certa scientia
clementer damus, donamus, et conferimus. In cujus rei me-
moriam firmitatemque perpetuam, præsentes litteras
Nostras Authentici Sigilli Nostri munimine roboratas, me-
morato Domino Petro Vásárhelyi, reliquisque ejusdicti
Collegii commembris et confratribus, gratiose damus do-
timus et concedendas. DATUM in Civitate nostra
Szász Medgyes, die Trigesima Mensis Octobris

Michaël Aspasi m.p. (L.S.)

Joannes Bellen Cancellarius
m.p.

Franciscus Lugasi Secretarius
m.p.

238

Relatoria Statutionis pura in Donis per Principem Gabrielem Bethlen Collegio Albensi legatis: nyd. Oppido Enyed cum omnibus Decimis totalibus Miriszlo, Jel Enyed, Murfina et Hidas, item portionibus Besenyö Heringfalva in Albensi; et Detse in Jordensi Cottu habitis, jure perpetuo collatis, pure peracti aō 1729.

1629.

Nos Capitulum Ecclesiæ Albensis Trāmiae Omnibus Christi fidelibus, præsentibus pariter et futuris præsens Scriptum inspecturis, Salutem in omnium Salvatore, Cum Mundi labilis conditio sit caduca, et gesto rei memoria caligine oblivionis obfuscata, nequeat in dvum perdurare; ideo provida et sagax mortalium sollicitudo Sapienter adinvenit, ut ea quæ in tempore gerantur, ne simul cum eodem elabantur, Literarum patrocinio fulciantur. Proinde ad Universorum harum serie volumus pervenire noticiam; Quod Nos, Litteras Serenissimi S. Rom: Imp. Trāmiq̄ Principis, Domini Nostri Clementissimi, Introductorias pariter et Statutorias, pro parte Venerabilis Collegii Albensis confectas et emanatas, nobisque præceptorie sonantes et directas honore et obedientia, quibus decuit recepimus in hæc verba. Gabriel Dei gratia Sacri Romani Imperii et Transylvaniæ Princeps, partium Regni Hungariæ Dominus Siculorum Comes, ac Oppidi Ratiboriq̄ Dux et Fidelibus Nostris Nobilibus Requisitoribus literarum et literalium instrumentorum in Sacristia sive Conservatorio Capituli Ecclo Albensis Transylvaniæ repositarum et locatorum ac aliarum quarumlibet Judiciariarum deliberationum, legitimorumque mandatorum Nostrorum executoribus nobis dilectis, Salutem et gratiam Nostram. Cum nos ab initio conditi universi nihil in hac vita firmum et stabile, sed omnia variantis fortunæ casibus, cadunique et dvi brevis spatiis circumscripta, jugi experientia omnium Seculorum morta

les

les agnoverint, ideoque nihil aliud, quam vanitatem rerum mundanarum prudentiores contemplati, spretis iis omnibus quæ inanes fluxeque et fragiles, nihil aliud solidam animi quietem adferre visa sunt; altiora quærere et iis imbui voluerunt; quo regum ille Sapientissimus expertus, uti rerum omnium vanitatem, testimonio suo verissimam comprobavit; ita nihil iis fidendum, sed his fortunæ bonis, æterna illa et nunquam peritura quærenda esse palam demonstravit. Quid enim aliud miserabilis hæc humanæ vitæ conditio, quam infinita pericula, labores, angustias, dolores, et mortem denique ipsam polliceri nobis potest; Cum nullius unquam vita, quovis vitiarum inanium cumulo, vel ad minimum redimi vitiferri potuerit; Ea propter nos etiam omni vita, alto judicio hæc contemplati, etsi immensam Divinæ bonitatis misericordiam gratissimo mentis affectu semper experti, omnibusque honorum et fortunæ bonis cumulati, summoque regnorum et Principatuum fastigio decorati, rerum etiam gestarum et nominis fama omnibus late terris noti simus, nihil tamen aliud in his omnibus, quam hoc solum summæ felicitatis esse putavimus, si quid Deo Gloriæ tribui, et aliqua pietatis nostræ erga Eum monimenta posteris a nobis tradi possent: Cum itaque ab initio felicis Nostri Regiminis nihil antiquius duximus, quam ut verbi Dei Ministrorum, Liberalium que artium Professoribus, ad pietatem colendam, instituendamque Juventutem Copiam habere possemus; ideoque Gymnasii et Scholarum Reformatæ Evangelicæ Religionis Collegium in hac Civitate nostra Alba Julia fundatum, benigne voluissemus, ex eo tempore, nullis impensis et laboribus parcendum putavimus, quo Collegii hujus a nobis fundati commodis prospici, necessitatibusque ejus subveniri posset: ut

igitur

igitur eyusdem pietatis nostre erga Dei Optimi Maxi-
mi gloriam motimenta, Cotteris etiam ipsis testata red-
di possent, ampliori benignitatis nostre testimonio uti,
libetalitatisque et munificentia signa declaranda clementer
voluimus. Eidem igitur Collegio Albensi a nobis fundato,
Totale et integrum Oppidum Nostrum Enyed, una cum omnibus
Censuum, Taxarum, Decimarum, aliarumque rerum, quovis
Nominis vocabulo vocitatarum Proventibus. Item totales et
Integras Possessiones Miriszlo, Fel Enyed, Murzina, et Hida,
nec non Portiones Possessionarias in Possessionibus Besenyö,
et Heringsalva in Albensi Transylvanid et Detse in Tor-
densi Comitatibus existentes et habitas, simul cum cunctis
suis utilitatibus et pertinentüs quibuslibet; Terris scilicet
arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, Campis
Fenetis, Sylvis Nemoribus, montibus, Vallibus, Vineis Vinea-
rumque promontoriis, aquis, fluviis, Piscinis, Piscaturis
Aquarumque decursibus, Molendinis et eorundem locis, genera-
liter vero, quarumlibet utilitatum et pertinentiarum sua-
rum Integritatibus, quovis Nominis vocabulo vocitatis, sub
suis veris metis et antiquis limitibus existentes ad easdem
et idem de jure et ab antiquo spectantes et pertinere
debentes memorato Collegio Albensi nomine legati vigo-
re aliarum nostrarum Donationalium superinde confecta-
rum et emanatarum Salvo jure alieno clementer deverimus
donaverimus et contulerimus, velimusque eundem Collegi-
um in Dominium eorundem Oppidi Enyed item Totali-
bus et Integrarum Possessionum Miriszlo, Fel Enyed, Mur-
zina et Hida, nec non Portionum Possessionariarum,
in Possessionibus Besenyö Heringhsalva et Détse vocatis
omnino in prodallegatis Albensi Transil et Tordensi
Comitatibus existentes habitarum, per nostrum et ve-
strum hominem legitime facere introduci. Super quo
vobis harum serie committimus et mandamus firmi-
ter, quatenus acceptis presentibus, statim vos unum
ex vobis

ex vobis pro testimonio sive signum transmittatis,
quo profende, Egregius Stephanus Derzi de Enyed Ju-
ratus Notarius, aut Volfangus Deli de Sárd, sive Vi-
ce Comes dicti Comitatus Albensis Fransi & alïsque
absentibus homo noster per nos ad id specialiter trans-
missus, sub oneribus alias in talibus observari solitis,
ad facies annotatarum Oppidi Enyed, idem Possessio-
num Mirisló, Fel Enyed, Murezina, et Hídas nec non
portionum Possessionariarum in Possessionibus Besenyö
Hemingtsalva et Dése in superius denotatis Comitati-
bus Albensi Fransi et Torckensi existentium habi-
tarum, vicinis et Comolaneis eorundem in ibi legiti-
me convocatis, et presentib accedentis introducatis pre-
fatum Collegium Albense in Dominium eiusdem Op-
pidi. Item Possessionum Portionumque Possessionaria-
rum, Statuatisque eundem et easdem, eidem ipsiusque
Successoribus et Alumnis universis, simul cum pre allu-
gatis cunctis suis utilitatibus, et pertinentiis, qui-
buslibet jure ipsis ex premissa Donatione et Lega-
tione nostra incumbentib perpetuo possidendis si non fue-
rit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint
evocetis eosdem ibidem contra annotatum Collegi-
um Albense ad decimum quintum diem, a die hu-
jusmodi Contradictionis ipsorum, ex hinc fien conju-
tan in Curiam nostram, nostram scilicet in presen-
tiam, rationem Contradictionis ipsorum reddituros
efficacem. Et post hac vos feriem hujusmodi in-
troductionis et Statutionis vestre simul cum contra-
dictorïs et Evocatorïs si qui fuerint vicinorum et

Commetan

Commelaneorum, qui premisso Statutioni intererunt nominibus et cognominibus terminoque assignato nobis terminum ad predictum ad relationem Nostri et vestri hominum sub sigillo vestro Capitulari referibere debeatis et teneamini Secus non facturi. Datum in Civitate nostra Alba Julia die secunda Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono. Unde nos huiusmodi mandato Sue Serenitatis in omnibus ut par est obedire et satisfacere satagantes, una cum prefato Volfgango Deli de Sard homine videlicet ejusdem Sue Serenitatis ad nos specialiter transmisso, unum ex nobis Nobilem videlicet Casparem Böjthinum socium fratrem et Collegam nostrum ad premissa rite ac legitime peragenda Nostro pro testimonio sive signum duximus esse transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis fideliter et conscienciose unanimique voce concorditer retulerunt eo modo: Quomodo ipsi in hoc anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono currente feria minarum secunda post festum Exaltationis Sanctae Crucis novissime preteritum ad facies proscripti oppidi Enyed, consequenterque totalium et integrarum Possessionum Mirisslo, Sel Enyed, Murezina, Hidas, nec non Portionum Possessionariarum Besenyö et Hemmingwalfa in Albensi et Détse in Torvensi Comitatibus existentium adjacentium habitarum Vicinis et Comelaneis earundem universis, signanter vero venerabilibus Georgio Csulai de Csula Pastore Ecclesiae Enyedinensis primario Stephano Gyarmati Sacellano, altero Stephano Zilahi Sel Enyedinensi, Caspare Czigedi Mirisslbiensis Ecclesiarum Minister tregüs item et Nobilibus Daniele Szabo officiali Enyedinensi Balthasare Sebesi de Sard, Caspare Bédéom de Szász Ujfalu Georgio Kazdagh de eadem: Stephano Váradi, Valentino Baranij Georgio Pápistohi, Martino Litterato alias Szebes, Andrea Földesi, Stephano

Eghri

Egri, Caspare Litterato Szilaggi, Stephano Litterato
Bela Vice Judium Cottus Albensis et Michaële Ötves de
predicto Oppido Enyed. Caspare Désfalvi de predicta
Száss Ujfalu, Stephano Köröfi de Dél, Paulo Koncz
de Lörintz Téve, et Michaële Cegezi de Cegez: Provid
item et Ignobilibus: Michaële Lippai Judice Primario
predicti Oppidi Enyed, Johanne Borbélly, Michaële Go-
nos, altero Michaële Méßáros, Johanne Balthos, Jura-
tis Civibus, Francisco Litterato Notario predicti Oppi-
di Enyed, Johanne Betse Judice, Gregorio Száss, altero
Gregorio Bam, Juratis in Mirißlo, Georgio Borbandi
Judice, Gregorio Kis, Antonio Szabo Juratis in Fel
Enyed, Matthia Feiete Judice, Francisco Hatza, Jo-
hanne Jeremia in Mursina, Galda Sztoyka Judice,
Davide Kocsobán, Georgü Barcsiaj, Onya Kocsobán,
Johannis Kornis in Gyogy Várallya, Theodoro Sub
Judice, Johanne Fruza, Lopa Thoma in Diomál, Sub
Seremitatis, Johanne Beeze Judice, Stephano Fegyve-
res, Michaële Nagy in Gombás Volphgangi Cseréni,
Nicolao Száss Judice, Stephano Száss, Johanne Bart-
halus in Miklosala, Davidis Zolyomi de Albes, Geor-
gio Bak Judice, Johanne Nyilas, Michaële Bekü
in Combord Georgü Török, Stephano Vincze Matt-
hia Bak in Magyar orbo, Agnetho Seller relicta
Generosi quondam Blasij Kámuthi de Sz. Lászlo Jo-
ma Bak Jurato, Paulo Kereßtesi, Gregorio Bartha
Euphrosina Lonai, relicta Vidua Generosi quondam
Johannis Bánffi de Losonez in Sz. Király, Stephano
Györfi Judice Stephani Nagy, Blasio Fábián, Georgü
Gazdag

Gazdag de Szász Ujfalu, Francisco Molnar in Détse, Simone Tatar Judice, Valentino Nagy Stephani Váradi, Petro Mogán, Stephani Körösi in Apahida, Johanne Flora Judice, Petro Atzél, Opra Vétze in Hidas, Pascul Veres Judice, Michaële Bolya, in Örményes Catharina Banházi, Relicta quondam Johannis Cegezi, Johanne Simandi Judice in Cegez, Valentino Stanislao Judice Stephani Szegedi, Petro Boghа Joannis Szegedi, in oláh Város, Petro Fodor Villico, Michaële Borthos, Volphgangi Novák in Ciako, Jacobo Pastul Judice, Petro Friffán, Demetrio Kumanelly, Philemone Tarchafel in Befenyő, Petro Gozt Judice, Sztán Füllye, Abrahamo Sátrár in Hemninghfalva, in eodem Oppido Enyed, Possessionibusque praedeclaratis residen et commoran Serenitatis Sue, Magnificorum, Generosorum, Generosarum, Gregiorum et Nobilium Jobbagionibus et Colonis, tam suis ipsorum propriis, quam eorundem Dominorum Dominarumque suarum terrestrium nominibus et in personis, alisque quam plurimis in ibi legitime convocatis et presentibus pariter et consimiliter accessisent, ibique prefatus homo Serenitatis Sue Introduxisset prelibatum Collegium Albense Bethlenianum amotato testimonio nostro semper presente in Dominium dicti Oppidi Enyed Possessionum Portionumque praedeclaratarum, Jurisque regii in eisdem qualitercunque habiti, Statuissetque easdem et idem, eidem ipsorum Successoribus Universis simul cum prescriptis cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, jure ipsis ex premissa Donatione Serenitatis Sue incumben perpetuo possiden, Tribus congruis et legitimis diebus in faciebus

in faciebus annotati oppidi Conseguenterque Possessionum, Portionumque Possessionariarum antelatarum juxta Regni usitatam Legem et consvetudinem moram facientes continuam, nullo penitus tunc in ibi coram dictis Serenitatis Sue et nostris hominibus, sed neque ex post durantibus integris quindecim diebus immediate subsequentibus, coram nobis hic in Capitulo Contradictore apparente. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes litteras Nostras Privilegiales, pendentis et authentici Sigilli nostri mumimine roboratas, annotato Collegio Albensi Bethleemiano, ipsiusque Professoribus et Alumnis eorumque Successoribus Universis dandas duximus pariter et concedendas, Communi justicia et equitate suadente Legeque Regni permittente. Datum decimo Sexto die ultimi diei Introductionis et Statutionis Premissarum. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono.

Lusus Puerilis
An. 1769.

~~Elegia facta anno 1769. e Phaedri Lib. I. Fabella VI.~~

Fervidus uxorem cum vellet ducere Phoebus,
  Conjugii quaedam conscia rana fuit.
Territa confestim declivis ad ima cavernae
  Devenit, et natis nuncia tristis adest.
Turba loquax subito speluncis exit opacis,
  Et ranas alias fata futura docet.
Cum mala cognoscent instantia, protinus omnes
  Fletibus immensis sidera cuncta replent.
Quaestibus assiduis, nec non clamore molesto,
  Juppiter impulsus, cur ita fletis ait?
Incola tum quaedam stagni sic ore locuta est:
  Nunc quoque sol omnes unus adurit aquas.
Me miseram! natos si plures ille crearit,
  Cogemur sicco quaeque perire lacu.

Lusus puerilis
in serium versus

Anno ~~1817.~~ 1829

Cum bonus Ionium rapuit me Phoebus in antrum:
  Illa fuit teneræ prima Camoena lyræ.
Heu Vatum ignaræ mentes! Sic illa canendo
  Praeludit vitæ fata futura meæ.

Improba Bajonis soboles non destitit ante,
Terrestres in me sollicitare Deos. *Sollicitare
Sub-dola quam Siculis mater prognata lacunis,
Invidiâ, rupto Corpore, dissiluit.

II.

Virtus nobilitat.

Non Atavi nec Avi, nec qui genuere parentes,
Cignoribus claris nomina clara dabunt.
Unica sed virtus titulis famaque perenni,
Insignem donat, condecoratque Virum.
Nec Natus Anchisa, peperit quem Cypria, nomen
Matre Dea tantum, quam pietate tulit.

III

In obitum Illustris Adolescentis Francisci Rhedei anno 1772. Nonis Januarii, Marosvasarhelyini. —

Qualis Hyperboreis florens amarantus ab auris
Percussus, veris gloria rara, cadit:
Qualis, purpureum, rubicunda papaveris herba,
Demittit pluvio rore gravata, caput:
Qualis odoratis moriens languescit in hortis,
Pulcra puellari pollice messa rosa:
Talis procubuit viridi Franciscus in aevo,
Decerptus rigido nentis ab unque Deae.
Ferrea non artus potuerunt fata decori
Flectere, non veniens dulcis ab ore lepor.
Aspice lingua riget, suavi quae melle fluebat,
En rbseus niveo pallet in ore rubor!
Depositus talem dextram Marcellus habebat,
Hic color, haec facies, Astyanactis erat.

Infelix, columen! tibi Transylvania, quantum
Subtraxit rapida mors inimica manu!
Huc huc flecte pedes ingentem passa ruinam,
Et puero tali tristia justa dato!
Vos quoque Castalides, passis de more capillis,
Dicite lugubres ad monumenta modos!
Nec te, cum tumulum praeterlabere recentem,
In mediis sit aquis flere Cycelle pudor!
Ipse Lycaonia Boreas turbatus ab Arcto,
Per Scythicas fundet flumina salsa genas.
Hyrcanaeque gement tigres, Poenique leones,
Exuet ornatas Sylvaque moesta comas.
Omnia sola tamen vincet lamenta creatrix,
Tristitiam ingenti fassa stupore suam:
Nec poterit plorare suum irreparabile damnum,
Singultu querulos impediente sonos.
Memnona sic genitrix, genitrix deflevit Achillem:
Sic doluit pato Diva cadente Venus.
Heu miserande puer! Viduae spes unica matris,
Vestra simul tecum est tota sepulta domus.
Quid pietas? quid prisca fides? Astraeaque Virgo?
Vel facilis vultus? mite vel ingenium?
Quid servasse probam contra sua secula mentem,
Nec vitiis unquam succubuisse malis?
Moribus ut Coelum patuit, nunc quid tibi prodest?
Unica Rhedeide gloria gentis ubi es?
Ecce Vafer vivit, testis quoque vivit iniquus,
Longa libax transit secula transit edax.
Tu neque coelesti Vulpem sub corde gerebas,
Nec cuiquam mendax (falax) lingua reperta tua est.
Tu neque mordaci quemquam sermone petisti,
Tu nulli tristis causa doloris eras.
Non jocunda tuam turbarunt pocula mentem,
Non tua lascivus pectora fregit amor.

Vivunt sacrilegi Contemtoresque Deorum,
Et qui ventosum tollit in astra caput.
Te vero o simplex divinae mentis imago!
Ante diem nobis Parca severa tulit.
Haec quoque nempe prius manibus decerpsit avaris,
Optima, postremum deteriora metit.
Vidit Alexander magnorum funera fratrum,
Et Lausus dirum corruit ante Patrem.
Quid referam studium? Tu non fera bella probabas,
Sed placidae semper pacis amator eras.
Hunc in castra tubae pictis fulgentia signis,
Matribus et timidis arma perosa, vocant.
Illum praecipites domitare in pulvere currus,
Atque tenere manu lenta flagella, juvat.
Retia delectant alios, et odora canum vis,
Quique vomat flammas naribus, acer equus.
Te neque Threïciis armata Dianna sagittis,
In proprium nec Mars traxerat asper opus.
Sola Minerva tibi curae, tibi solus Apollo,
Doctaque deliciae turba, fuere tuae.
Tanta fides libri, discendi tanta voluptas,
Tantus erat rerum cognitionis amor,
Ut veterum auctorum divina volumina nunquam
Cessares hilari pervolutare manu.
Nunc animum cupidum pascebat Musa Maronis,
Melli-fluum nunc Ciceronis opus.
Te quondam muliebri veste latentem,
Martia Dulichio prodidit hasta duci.
Te si foeminea Mater celasset amictu,
Nempe retexisset Charta virile decus.
Artibus his igitur fidens et moribus illis,
Horrida nec Ditis regna timere potes.
Nunc ferruginea moratus rapita cymba
Ipse Charon tristes laetus vehet aquas.
Nunc et tartareus custos mansuetior ibit,
Ore nec immiti vulgus inane petet.
Tisiphone torvos ultrix depone colubros!
Non hodie talis verberis usus erit.

Qui discit vitas et inania furta silentum,
Aeacus huic umbrae mollia jura dabit.
Et vinctum nivea Francisci tempora vitta,
Mittet in Elysii regna beata soli.
Hic multum ad superos nuper fletum ille parentem,
Inter honorato[s] ire videbit. avos.
Ossa tegit tumulus, tumulo [II]lapis indicet, hujus, II lapis
Hoc super extremo [II]margine, carmen erit.
Hic Rhedeie jaces, genus alto a sanguine Regum,
Hic simul et Matris gaudia cuncta jacent.

Hos ego versiculos cum moestus in urbe canebam,
Ad Marisi refluas exspatiantis aquas,
Magne Kovasznai! me summas Heliconis in arces,
Te Duce, tendentem, sexta videbat hyems.

IV.

In Feriae, manibus carae Matris Elisabetae Fergely de Vice,
anno 1774. latae.

Optima tres natos, totidem vifura, reliquit
Heu procul absenti Mater adempta mihi,
Abstulit et secum simul omnia gaudia nostra,
Quae prius illius dulcis alebat amor.
Tu nona, Augustas ergo quae respicis Idus,
De Stephani Regis nomine dicta dies!
Semper acerba licet, dum spiritus hos reget artus,
Semper eris nobis rite colenda tamen.
Seu te Getulis longe deprensus in oris,
Sive sub arcto cardine pressus agam.

V.

Epigramma praescriptum Libello, spendida civium optimorum nomina, complexo, qui iter meum literarium e Gymnasio Marosvasarhelyensi, sinuque a d[omo] aeternum venerandi Magistri Alexandri Kovásznai, in Academias exteras, anno 1778. susceptum, munificentissime ornarunt. —

Parve liber manibus multum tractande benignis!
Tu poteris longa forte perire die:

Quae tamen appposito signabis nomina dono,
Condita sub Tapi pectore semper erunt.
Sive paret Patavas studiosus adire Camoenas
Et, quae sepositus regna Britannus habet. # Britannus
Seu mare frenantes Venetos, et moenia Martis,
Palladis auspiciis ille videre velit.
Sive Parisiacas invitet Gallus in arces,
Seu Iuvenem Pernae tecta superba vocent.

VI.

Ad Clarissimum Virum Davidem Cocher Linguarum Orientalium Professorem in Academia Pernensi Helvetiorum: aô 1779 a. d. XI Calendas Aprilis. — cum literis Arabicis aliisque orientalibus instructus.

Qui, nos, praecipitis, summas, Heliconis in arces,
Tendentes, Iurantes, facili victores tramite sistis,
Nobilis Hebraeae Doctor Cochere Camoenae!
Praemia si nequeam tibi digna reponere saltem
Effiriam, magni quod muneris instar habebis,
Alta simul memori sub pectore gratia vivet,
Gratia lethaeos nunquam potura liquores.
Eoas ergo per te deductus in oras,
Principis lucos Arabum spoliare beatos
Adgrediar, sacrae nec me custodia sylvae,
Aut curvata vigil complexus robora serpens,
Carpere odoratos prohibebit ab arbore foetus.
Hinc late, vicina, mihi, per regna, secundis
Palladis auspiciis, victricia signa, moventi,
Ferre suum gopulus certabit quisque tributum.
Lina leget Charius, rubri maris accola gemmas,
Indus ebur, seres molli de cortice lanas
Pectet, Sidonio saturabit murice Phoenix,
Pinget acu Babylon, coccumque interluet aurus.
Haud tamen ulla manent nostros majora labores
Praemia, quam nitido radiantia vellera villo,
Quae, Salamoniaci servant penetralia templi.

Haec non Hesperidum ramis, non ariete Phryxi,
Commutare velim, flavi non fontibus Hermi,
Nec quidquid Cypro rigidus Cato vexit opima.
Divitis, his tandem spoliis, orientis onustus,
Primus ego in patriam, Libano de vertice mecum,
Mnemonidas ducam Phoebo comitante sorores.
Primus te, palma cingam florente, Nemeaee!
Et nemore in sacro, statuam de marmore templum,
Propter aquae ripas, ubi leni murmure serpit,
Et rutilas tumidus volvit samosus arenas.
Hic mihi sub media citrei testudine tecti,
Aureus, in solio, viridi; fulgente, smaragdo,
Cocherus tenui velatus veste sedebit,
Ut neque Phidiacum miretur Pisa Tonantem.
Illi victor ego Syrioque superbus in ostro,
Inter psallentes, populo gratante, catervas,
Pontificis ritu, Junos adolebo sabaeos.
Spernet Olympicas omnis mihi Graecia metas:
Cuncta Corinthiacum pubes mihi deseret Isthmum.
Qui pedibus, discoque valet, nitidave # palaestra,
Aut jaculis bonus est, aut crudi pondere caestus,
In Transylvanos curret decernere campos.
Ipse Palestina crinem redimitus oliva
Dona feram, festae jam nunc mens gaudia pompae
Praecipit, et currus jungit spectare volantes.
In foribus Rhodanum ex auro caelabo fluentem,
Et rapido faciam spumantem vortice Rhenum.
Ardua nubiferas Helvetia surget in Alpes,
Tresque, decem pagis ad mutua foedera pronis,
Adjunctos, gremio complexa trahebitur arcto.
Addam Urbes, addam Castella, Palatia, turres.
Atque hic porticibus, tectisque elata superbis,
Berna, duos inis pascens sub moenibus ursos,
Jura, Magistratumque leget, sanctumque senatum.
Stabunt et vivis spirantia signa figuris,
Acria cum variis commiscent proelia sectis

palaestra

Studer, et attonitas deducens Staffenus aures,
Staffenus aeternum Iani sub pectore nomen.
Haec tamen interea multum venerande Magister
Accipies animum testantia carmina gratum.

VII.

Ad popularem et commilitonem meum Josephum Peceli, aô 1779 Bernae Helvetiorum. —

Qui gerit astutam picto sub pectore Vulpem,
Et mihi tartareis nigrior ille Deis.
At tua simplicitas, candor, pietasque, fidesque,
Rettulit Euryalum culte Pecele meum.
Te socio dites Arabum penetravimus hortos,
Carpsimus et sacris thura cremanda focis.

VIII.

De Poëmatibus Iani Pannonii, e tenebris in lucem revocatis, opera Alexandri Kovásznai anno 1784. —

Vix Transylvani proceres super aethera vecti,
Attigerant metam Vate favente suam.
Ecce Kovásznaeus Letheis rursus ab undis,
Alta refert animam victor ad astra novam.
Hoc Arcas liquida simulac prospexit ab aetrâ,
Risit, et ad Phoebum talia dicta dedit.
Ecquid Pannonias lacrymis perfundis arenas,
Ora nec in Dacum vertis Apollo meum?
Quem tibi Danubius rapuit, nunc ecce Marisus
Majori Janum reddit honore tuum!

IX. Aliud.

Illa ego, quae caeca caligine mersa jacebam,
Pannonis en dulci lumine Multa fruor!
Noster Apollo veni, doctae propagate sorores,
Floribus ultorem condecorate meum.

Vos equidem Iano fateor debere parenti
Magna, Kovaskndeo sed potiora Seni.
Namque is me genuit, verum hic defendit ab orco:
Illud mortales, hoc dare credo Deos.

X.

De Pegaso meo frenato primum et inscenso, die 18 Julii. 1792.

Hoc insigne meae fidibus meruere Camoenae,
Cum mihi nobilitas nomen equestre dedit.
In sublime volans coelum plaudentibus alis
Astra petit nitidus Bellerophontis equus;
Tejkiademque pium, gaudet cum Caesare magno,
Tollere, et ad superos, te Telekine, Deos!

XI.

Ad Phoebum eodem anno 1792.-

Lumine quem blando nascentem vidit Apollo,
Et placido fovit Calliopeia sinu.
Non illum duro clarabit Olympia caestu,
Isthmia laudatis meta remittet equis;
Martia non lauro cinctum Parnaside virtus,
Moenia Tarpeii tollet ad alta Jovis,
Sub juga quod tumidos victor Romana Sicambros
Miserit, in terras imperiumque novas;
Roscida mobilibus verum pomaria viris,
Aequabunt superis doctaque lingua Deis.
Caesare conviva sic invitante Maronem,
Hospita praesentis suspicit aula Jovis.
Sic me laeta sui ~~componit~~ immiscet Roma Poëtis,
Nec stimulis mordax livor, ut ante, petit,
Destitit ignotos macer objectare parentes,
Et juguli volucrem rodere dente rotam.
O! qui saxa domas, sylvas qui pectine ducis,
Phoebe Pater Vatum, Pieridumque decus!
Quo donante, tacens Dircaei piscis oloris,
Luscyniae pictus carmina Pavo feret.
Quod Latiae Doctor vocor, Hungarus ipse, Camoenae,
Pollice quod monstror praetereuntis ego,

Quod sublatus humo, volito per multa virorum
Ora, quod et spiro, muneris omne tui est.

XII.

Cum Caesar relicta Vindobona, Transylvaniam perlustraret, placidusque
tectis Lycei nostri Dilecti Nagy Enyedensis succederet, anno
1817. Mense Augusto exeunte: hoc erat Carmine Salutatus

Omne fere studium, quo, quisquis luce tenetur,
Tempore nocturno, reddit amica quies.
Languida mercator cum lecto membra reponit,
Mens tamen Eoas sedula quaerit opes.
Navita de ventis, de tauris fertilis arator,
Gaudet amans furto, Causidicusque foro.
Imperatores procul impia bella repellunt,
Jura domi dicunt civibus aequa suis.
Me quoque sub noctem, mea cura sub inde diurna,
Curiis vexit sollicitare modis
Enyedii media gradiens Heliconis in arce,
Adstitit in somnis nuper Apollo mihi
Qualis, ubi hyberna Patarâ Delove relictâ,
Invisit rapti Delphica templa sui,
Exercetque choros, circumque altaria gentes,
In dubiis rebus, fata futura docet.
Religione loci timidus tunc ipse videbar,
Ante pedes magni Carmina ferre Dei.
Ut sopor indulget, gaudebat munere Phoebus,
Et circumstantis sacra caterva globi.
Carmen erat Python per septem jugera stratus,
Antea qui saevis terruit astra jubis,
Et quam laeta suum puerum Latona recepit,
Cirrhaeae edmirans praemia militiae.
Ecce fides visis, mea me nec imago fefellit,
Somnia quae misit cornea porta fuit.
En Princeps, en orbis apex, en Augur Apollo,
En praetextati turba verenda chori!
Salve Rex Regum, Caesar mitissime salve,
Dulcis amor populi pignoraque tui! Praesidiumque
Namque ita gaudentes hilari te cernimus ore,
Ut solet aethereos plaudere Creta Jovi.
O dilecte Deo! quem numina cuncta sequuntur,
Sive colas pacem, seu pia bella geras!
Venerat has olim Divus Josephus in oras,
Protinus auratis Dacia flustit aquis.

256 A 59

Dira, sub adventum FRANCISCI, fugit egestas,
Horrea distendit frugibus alma Ceres.
Tu quoque post lustrum tandem, laetissimus, unum,
In Transylvanos, Pache recurris, agros!
Jam redit et virgo, redeunt Saturnia regna,
Casta redit prisca cum pietate Fides.
Et mea Musa venit dias in luminis auras,
Hactenus in tacitis quae latuit tenebris.

XIII. Musa mea, Austriam sic allocuta, cum Caesar victor de Gallo-Francis spendidum triumphum inferret Vindobonam anno R. S. MDCCCXIV.

Austria bellipotens, felix victricibus armis,
Felix prole Virum! qualis Cybeleia Mater,
Laeta Deum partu, centum complexa nepotes:
Huc geminas huc flecte acies, hoc aspice sidus,
Sidus Amyclaeis longe fulgentius astris!
Indu imperatorum decus, et sublime ruentis
Europae columen, tua maxima ~~cura, secundus~~ gloria, Primus
Franciscus, nulli virtute secundus avorum,
Vindicibus motum pacavit viribus orbem.
Post debellatos valido certamine Gallos,
Signa Parisiacis referens ditata triumphis,
Depulit opprobrium tibi fortiter illud acerbum:
Bella gerant alii, tu felix Austria nube;
Hoc tibi carmen, inops non amplius occinet ~~olor~~; ales:
Discolor, erecto tumidas qui vertice cristas
Vestulerat, Rhenique levis tranaverat undas,
Ausus Hyperboreos etiam perstringere Gryphes,
Unguibus exsectis, rostro mulctatus aduncis,
Saucia nunc trepidas in pectora contrahit alas.
Austria bellipotens, felix victricibus armis.
Austria tolle caput, nunc altius insere coelo!
Nonne vides hilari vultu tibi totus ut orbis
In plausum assurgat! pro libertate recepta,
Ardet ut ingentes Germania solvere grates!
Teque, velut Dominam magnam Atlantis Olympi,
Omnia regna colant, celebrent venerentur, adorent:
Dives opum nostro diducta Britannia mundo, & Britannia.
Dania, Scandia, cum primis Oenotria sanctum
Mater ob ereptum fatali carcere Petrum.
Alma Vienna Deum templis indicat honores,
Hospita tecta paret, jubeat, Heroibus aequa
Ianumeris, portas non nunc, sed moenia pandat.

Quidquid Marte Togave nitet, simul omne videbis,
Jura viris legesque dabis, Regesque verendos
Imponesque cunctas subdes tibi Joedere gentes. # saepe
Quem populi votis, Procerum quem ~~mille~~ petebas,
En Princeps, en orbis apex, aequatus Olympo!
Qualis odoratis descendens Liber ab Indis,
Egit pampineos frenato tigride currus:
Talis ab occiduis, post aeria proelia Franci,
Celsa triumphali repetens Capitolia pompa,
Purpureus curru invehitur Franciscus eburno.
Proximus hinc lateri Russus micat, inde Borussus,
Primus Alexander, Vilhelmus jure secundus,
Magnanimi Heroes, nostri dux fulmina Martis.
Illi Bennigsen, huic Blücher fidus Achates,
Agmen agunt equitum, fulgentesque aere Catervas.
Vertitur in mediis sublimi vertice turmis,
Consilium medio calidum qui cepit arena,
Herculea diram clava qui contudit Hydram,
Schwarzenberg, Rector spolüs insignis opimis.
Arduus ingreditur Vellington maximus ille,
Qui lapsam Hesperiae cunctando restituit rem.
Atque duces alii fama super aethera noti;
Quos inter Gyulai nostri nitidissimus extat,
Inter ut astrorum, rubicundus Phosphorus, ignes.
Lipsia Elegrantis praecedit imagine belli:
Dresda catenatas proturbat laeta cohortes:
Occurrit Vrede fugientes proterit hostes.
Inde Plator, sparsis, per agros urbesque, Cosacis,
Terrorem ingeminans tectis incendia miscet,
Ulturus Moskvae sic detrimenta Cremlae.
Instat atrox justo Lichtenstein agmine, quidquid
Obstitit, tumultum praecedit, procumbit in unum.
Anxia, vae, miseros in pontem Matrona natos,
Sternit, et evanines cumulos vix Axona volvit.
Lentus Arar Rhodanusque celer, Gent saepe cruenti.
Ister ad haec videns quid ait regnator aquarum?
Nonne tibi dixi, Oceanum petite propior altum, # pete.
Sequana! cis Rhenum soli protendere frontem,
Cornibus Austriacum desistite lacessere Martem,
Fortibus bimbelles aquilis committere Gallos?
Produit anne aliquid saevum monuisse Nepotem?
Scilicet effusus Ludovici pectore sanguis
Promeritos de te properabat sumere poenas.
Cornibus elfractis, i nunc, caput abde barathro! # discite
Discite subjecti sacros non temnere, Reges!
Discite subjecti etiam vos parcere Reges!

258261

XIV. Ad Illustrissimum Comitem Gregorium Petlen, ejus die natali,
XII Martij anni MDCCCXIV Filius meus natu minimus Joannes. —
Cum tirocinium in arte poëtica poneret.

Juris honorati, praetextatique Senatus
Gloria, clarorum decus immortale Parentum,
Salve Petlegides, magnorum cura Deorum
Salve Petlenii Rector Columenque Lycei!
Quem nondum nostri curam dimittere Pindi,
Astra coruscа dolent, et lividus invidet aether.
Rustica si pietas consuevit rite quotannis,
Primitias frugum Cereri, nova pocula ~~Baccho~~, Baccho,
Florae veris opes, olea offerre Minervae,
Foecundis Pani teneros ab ovilibus agnos,
Arbuta Pomonae, cuivis sua munera Divum:
Jure tibi nostrae Maecenas optime Musae!
Auspiciis collecta tuis munuscula mittunt;
Jure tibi plaudunt, laetum Paeana canentes,
Festaque odoratis innectunt tempora sertis.
Illae magna quidem a magno Gabriele tulerunt,
Sed potiora tibi se se debere fatentur.
Ille tuus Proavus, Princeps celsissimus ille,
Martia quo tantum se Dacia jactat Alumno,
Sidereo quantum Minoïa Creta Tonante;
Ille tuus Proavus, Graja tellure fugatas,
Per mare, per terras, variis erroribus actas
Mnemonidas, Geticis primus respexit in oris,
Albanaque domo Jessas requiescere jussit.
Hinc quoque mox miseras Turco grassante repulsas,
Michaël Apafius, voti haud oblitus auriti,
Enyedii placida Castri statione locavit,
Tutandasque dedit, Ceu sacros Palladis ignes,
Praesidibus semper gentili sanguine Cretis,
Jam serie longa, praeclaro munere junctis.
Quos inter, nec te venientia secla tacebunt,
Maxime Gregori! Cujus percurrere laudes,
Non valet ingenii puerilis vena pusilla.
Pallada, crediderim, Phoebumque, novemque sorores,
Et quibus, e superis, terrarum claditur orbis,
Ante Jovem tales olim fudisse precatus,
Ut te de Coelo nobis demitteret alto;
In quo per numeros Virtus se effunderet omnes;
Per quem, certa foret Cumaei Carminis aetas,
Quâ primum, frigido soboles prognata metallo
Cederet, et toto gens surgeret aurea mundo;
Per quem, barbaries sacris operata profanis,
Inciperet verum templis adscibere Numen.
Nec secus evenit. Tumida irâ corda residunt.
Ipsa suum damnat jam Gallia victa Tyrannum.
Sponte sua victrix* effert Germania pacem. * victrix
Clauduntur belli portae, Mars impius intus
Saeva sedens super arma, et centum vinctus aheneis
Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.
Jam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna;
Cana fides placidas discurrit laeta per urbes,
Religio cumulat gratis altaria donis,
Artibus ingenuis meriti reddantur honores.

Ab2.259

Ergo luce tua, Gregori Maxime! jure,
Intermissa diu, jam plectra resumit Apollo,
Atque novem comites, monitis sic urget amicis.
Surgite sopitae longo moerore Camenae!
Ad Thyasos hillares, strato Pythone sagitti,
Nulla puellares hostilis buccina cantus,
Murmure jam cohibet, plenis licet ire choreis.
Quae modo turbatum vastabat stragibus orbem,
Tisiphone gravibus terbri religata catenis,
Omnem Erebi pestem secum revocavit in orcum.
Solvite corde metum praecingite tempora lauro
Pierides Caraa! Juvet in Paeana canorum,
Contentas rupisse fides: te tibia lasset
Euterpe, et tereti respirans fistula buxo: #tereti.
Pollice vocales Erato tu pelcute chordas:
Tu grave Melpomene, tu succine molle, Thalia:
Calliope numeros concentibus implear omnes:
Felix Petlenium resonet super aethera nomen.
Nunc et castalides, nunc et Permessius amnis,
Lacte per Hionios, et dulci nectare campos
Diffluat, irriguumque bibant Viridaria fontem.
Terrarum tellus cui non sufficerat orbis,
Conditus exigua, ille Draco, tabescat in Ilva.
Lernaeam rursus si forte movere paludem,
Prodigium, ac scopulis Helenes adnare necesse est,
Et hic fata Jovis poscunt, hic terminus haeret:
At puer sexta novem distento corpore languens,
Vultures saevo geminos sub pectore pascat.
Haec audita sibi, medio ex Helicone, Joannes
Nicodeos parvus, tenui modulatus avena,
Pellegrinonteum jussit perferre caballum,
Filius ante diem certans cum Patre canendo.

1672
1755
1777/8 iskolai év megnyitóján

Kovács József I. vagy
Kövesi György ?
Kegyesi I. ?

Quinty et Quinquagesimy supra Centesimum labitur
Anny A.S. ex quo immortaly memorie Princeps Tran-
silvanie, idemque S.R.I.C. Gabriel Bethlen catera
inter Curas, quas Foro publica Transie salute agitavit,
etiam de stituendo nobili aliquo Gymnasio, ubi cor-
fluit vena apud Transilvanos illustri aliqua Musarum
et Studiorum Sede, seum in Consilium vit, pri-
mamque Cogitationem Susceperit. Vse ita cogitaverat,
cum benigno et propitio Cumo Numine, Vota Optimi
Principis Secundante, ipso eodem Anno, quo fuerat
consultum, i. quique Anny C. 1622 fuit. / constituen-
tibus cum Principe Provincie Transilvanie Statibus
et Ordinibus, prima Fundamenta iacta sunt Illb.
Collegii, quod hodie Albano N. Enyedense apellati;
quodque ab illo tempore varijs Secundis et adversis
fortune fluctibus agitatum, non defluxit tamen
sed usque in hodiernum diem cum maxime floret,
nosque ipsos gremio complectitur suo, fovet et ad
publica commoda format.

Mirabimini A.S. unde et cur publicas hu-
ius Angli Scholastici Institutiones, ab hoc prologuio
exordiar? qualy hunc prologum Sequi debeat fabula?
Scilicet Historiam Patriæ tradit superiore Anno,
eadem eandem et quidem parte fui meliore et
magis necessaria, etiam hoc Anno aliquando. At
nulla mihi Mentio iniecta et hucusque Statuy Lit-
terarii, Saltem nulla in Transilvania. Quid au-
tem magis dignum et cognitione boni patriæ Civi;
quam nosse ortum, progressum, et fatum, vari-
asque vicissitudines loci illius, ubi ille altus educa-
tus et nutritus. Movent Summorum Virorum
exempla, docentque: Hic autem locus cuius limi-
na fere quotidie calcamus, hæc Musarum Sedes, hoc
Athenæum inde a prima fui fundatione, quot
nutrivit Viros de utroque Statu optime meritos?
quot formavit ingenia? quot in publicam lucem
extulit Sabatos, toga aut Sago, domi aut foris
præclara laude celebratissimos? Accedit quod
sepe de rebus Illustris huius Societatis Principes
inter Viros, seu Politicos, seu Ecclesiasticos Sermo
agitetur

In ipsam narra-
tionem Introductio

Collegii quod hodie
Bethlenianum ab
N. Enyedense a-
pellati debet, pri-
ma Fundamenta
iacta sunt Albæ
Julie A.C. 1622.
Auctore Prin-
cipe Gabriele Bethlen.

Historia Colle-
gii cur Decessa-
xia?

agitetur, quin etiam de grauissimis eius momentis
deliberatio suscipiatur: tum vero illi si illotis ma-
nibus ad agendum accesserint, si vices et fata No-
bilissimi Gymnasii inde à sua Constitutione ve-
ra perspecta non habuerint, quo Animo, qua men-
te? qua quaeso fide et ratione Tempus Arbitrio di-
rimant, ac constituent? Denique etiamsi nulla a-
lia causa ad cognoscendos nostri huius Collegii Vices,
incrementa Decreta obstringeremur, ipsa Ce-
dri illi Fundatoris, principis aeternitate dignissimi,
munificentia ac memoria, prium in gentem suam
studium, Amorque Musarum, hanc gratitudi-
nis victimam à nobis merito deposcit. Cuius est be-
nevolentia, cuius prospera voluntas, fatum Deni-
que illud, quod hoc in loco Musis beata pace per-
antur, floreant, laetique in dies incrementis au-
gescant, fatum illud magni est Principis Gabrielis
Bethlen. Dignus certe est Princeps mortalis, cui
singuli nostrum virilem adiiciant, quotiès hae
Musarum limina subeunt, extremum illud vo-
tum: Principis Gabrielis Bethlen mollitèr ossa
cubent! Quamobrem constitui Animo, priu-
quam interrupti operis initium facerem, ip-
samque Transilvaniae Historiam coniun-
ctam cum Regni Hungarici Historia, inde à
morte Iohannis Zapolya, Serie perpetua expli-
carem, Illustris huius Nostri Collegii Ortum,
progressum, statum denique universum, rudi
saltem penicillo adumbrare, ac Summa Rerum
fastigia attingendo exponere et illustrare. Ja-
cebat haec ita ut caeterorum quoque Gymnasiorum,
saltem maiorum quae hodie in Transilvania
apud nostrae Religionis homines florent, Ortus,
et Conditiones, unico saltem uerbo commemo-
rem. Sudret autem quispiam, quibus Duci-
et Auctoribus haec omnis Narratio instituta?
Unde petenda Dictorum Documenta? Diffi-
le omnino est dictu: Siquidem partim iniuria
nostrorum hominum, partim temporum iniuria

facta est

factum est, ut monumenta hanc in rem deservientia, aut nulla ad posteros transmissa, aut ferro, flamma, et populatione, superioribus seculis ipsolata et exusta fuerint. Certe qui Typorum beneficio, quinquam cum suis civibus communicasset, de statu Collegii Transilvanici, præter Andream Hustium scio neminem. Is noster hoc quod vivimus seculo, post absolutam Academicam in patriam reditum, Professor Claudiopolitani Collegii renunciatus est, ut ibi Juris Prudentiam et Politicen profiteretur, sed homo varii et inconstantis ingenii, cum postremo iniquus esset non modo in Socios, sed etiam in ipsam Religionem Reformatam, Anno huius seculi 42do munere suo cedere coactus est, decreto Synodi Generalis. Ab eo tempore licentiosiori vitæ deditus, Sacra quoque contemnere cœpit, et in Aulis Principum Transilvanicorum versatus, postremo ad cistodiam Archivi Capituli Carolinensis delectus est, ubi tamen non diu persistere potuit, sed loco motus, misero fato extinctus est Anno huius seculi 55to. Dum in Academia Francofurtana versaretur, dedit in lucem publicam Dissertationem tali Titulo insignitam: Origo incrementum, et fata hodierna trium illustrium Gymnasiorum Reformatorum in Transilvania Francofurti ad Viadrum 1731. in 4to. Rarius occurrit opella, lectu hoc in Argumento dignissima. Huius ipsius Hustii et ut habitet memoriam, MScriptum opus. Dacia Vetus et Nova. Liber in quo bona mali mixta sunt. Cl. Petrus Bod in sua Hist. Ecclesiastica Hungariæ MScripta Tom II. ad Calcem, dedit quoque Historiam brevem Collegii Albani H. Cibinensis; sed rarissimum et illud opus est, vix etiam in maximis Transilvaniæ Bibliothecis habendum. Præter hæc reperiuntur notata quidam et relata in adnotationibus varia relata, de statu huius Collegii, a Duumviris celeberrimis, olim in illustri hoc Collegio Professoribus magnorum meritorum, et multarum laudum. Cl. Francisco Pazir Papai M. D. et Siculo Bano Gyula Szigeti Theologiæ Professore.

Historiam Collegii Albani H. Cibinensis et etiam eiusdem et etiam ceterorum qui prodiderint memoriæ.

nec non

nec non ab Illustrissimo Supremo huius Collegii Cura-
tore L. B. Josepho Inczedi de Varad, Protonotario
que omnia percensuit, et in aliquem ordinem re-
gessit, Simulque in Librum Memorialem (: seu Pro-
tocolum :) Illustri Collegii transtulit. L. Stephā-
nus Tóke Vasarhelyi, Professor Philosophiæ in
hoc Athenæo, Ante aliquot Annos vita functus.
Ex his ut iam illa mittam, quæ sparsim comme-
peri á Celeberrimo meo Antecessore, quæ usui
futura erunt, in rem meam derivabo, atque ad
propositum properabo.

Vásárhelyi Tóth!

Quod igitur ad rem ipsam attinet: Primus qui
ex Principibus Transilvaniæ, de fundanda aliqua Acta-
demia, aut Nobili aliquo et Illustri Gymnasio co-
gitaverit, fuit Johannes II. filius Johannis Za-
pollyæ, electus Hungariæ Rex. Is circa AC 1571
quem et annualem Annum habuit, de consensu
Procerum Transilvaniæ, Nobile quadam Gymna-
sium fundare constituerat, cui locum delege-
rat Oppidum Sabesium (: Szász Sebes :) eo qui-
dem Consilio ut ipse ab Hungariam Sedem, Regiæ
suæ ipsi Albæ Juliæ proximam haberet, et pro-
pterea opportunum rebatur hoc Oppidum, cum
ob loci amœnitatem, tum ob aëris et aquarum
salubritatem, tum etiam ab copiam rerum ne-
cessariarum, quamobrem decreverat etiam amplí-
ficare, novis Colonis adaugere, et extendere Op-
pidum Sabesium; Bonfinius Auctor est Vol. 4ti
Decad. Hister. Lib. 4. Videbantur initio Sa-
lutaria hæc Principis Johannis Sigismundi Filii
filio lætum et optatum Successum spondere,
iam enim et de Viri Eruditione Clarissimi
in Transilvaniam Accesserat, secum in Con-
silium iverat, ac significanter Petrum Ramum,
Natione Gallum, Professorem Philosophiæ et
Eloquentiæ in Collegio Parisiensi, decreto Am-
plissimo Salario, ad Cathedram in Gymnasio
constituendam invitaverat, et sane cum Pe-
tro Ramo eo plane tempore Articulo obla-
tum fuerit istud Munus, quo ille ab pura
Religionis

Malimina Va-
riorum Principum
pro conducto Po-
tili aliquo Gym-
nasio in Transilvania.

Religionis Cultum in Gallia non se satis cultum existima-
bat, si erat Illm partibus Hugonottarum addictus: Con-
stitionem sua sponte accepisset, verum cum et in
Transilvania acerrima contentiones agitarentur
hoc ipso tempore de Religione, Georgio Blandrata
Medico Aulico Johannis Sigismundi, Nationes Ita-
lo, qui ex Polonia in Transilvaniam delatus, pri-
mus propagaverat errores infausti illius Fausti
Socini: nec non Francisco Davidis Plebano et Sa-
storae Claudiopolitano, cuncta miscentibus et per-
turbantibus, veritus est Petrus Ramus ne se huic
turbini immittere, praesertim cum et Johannem
Sigismundum Principem, erroribus Arii infectum
cognovisset. Factum ita est ut cum nec Petrus
Ramus ablatum sibi munus Professoris accipere,
in Transilvaniam venire, atque huic Regi prodesse
voluisset, nec Johannes Sigismundus Princeps vi-
xam ultra hunc Annum C. 1571 produxisset, to-
tum illud Consilium, quod de Condendo in Tran-
nobili aliquo Gymnasio fuerat initum, cum ipsa
Principis morte evanesceret.

Principis Stephani Batorii mo-
limina de Conden-
do aliquo nobili
Gymnasio.

Qui Johanni Sigismundo in Principatu
Transilvaniae successit Stephanus Batori, Littera
et Artes non modo florit in Transilvania, sed
consilium illud quod Secum Johannes Sigismun-
dus Princeps inierat de Condendo in Tran-
nobili aliquo Gymnasio, ipse quoque Sum Ani-
mi Contentione ad effectum Deducere conatus
est. Hinc etiam ex Academia Patavina in Ita-
lia Jacobum Zabarellam celebrem ea tempe-
state Philosophum, ablato opulentissimo sti-
pendio in Transilvaniam invitaverat. Sed ut
erant illa tempora turbulentissima, nunc Civilis
nunc exteris bellis confusa, ac praeterea ipse de-
que Stephanus Batori a Principatu Transil
ad Coronam Polonicam vocatus est, parum potuit
promovere in Consilio Saluberrimo ad effectum
deducendo; nisi quod Stephanus Batori Albae
Juliae et etiam Claudiopoli magnificentissima
templa aedificari instituit, quod et hodie Batorianum

Nomen

Nomen retinent. Successores Datorii post eius Dyce-
sum ad Coronam Polonicam capessendam, nusquam
leguntur apud Scriptores quidquam instituisse, aut
moviisse in Comitiis Nobili aliquo Gymnasio, cuius
rei ea Princeps et precipua Causa fit, quod ipsa
Respublica Transilvanica perpetuis bellorum civi-
lium fluctibus agitata, vix aliquamdiu respirare
rit, tanto illo temporis intervallo, quod à D. Data-
rio, usque ad Gabrielis Bethlenii principatum
fluxit. Iam vero silent Musæ inter Arma, velu-
ti leges, et pax fit, quæ Musas alit et recreat. Ce-
sant quidem hic ibique minores Scholæ in Transil-
vaniæ veluti etiam in hoc nostro Oppido N. Enyedensi, atq;
Agropoli, in quibus pueri literarum elementa, et
lingua latina prima fundamenta discere iube-
bantur, sed Nobile aliquod Gymnasium in quo
Adolescentes ad publicam Comitia formari, et Re-
rum civilium quoque studiis imbui potuissent, usq;
ad tempora Principis Gabrielis Bethlen extitit
nullum. Accessit hac quoque gloria cæteris meritis
et laudibus, immortalis huius Principis, ut qui tot
Victoriis Patriæ late Suum Nomen diffuderat,
idem hac Virtute etiam Musarum gloria coronaret.

Gabriel Bethlen
Princeps Transil
AC 1622. prima
fundamenta iecit
Collegii Albani
Julienſis.

Primus itaque fuit Gabriel Bethlen Princeps
Transilvaniæ, qui nobilissimi istius Gymnasii
in Transilvania fundamenta iecit, postea quam Dom
AC. 1621 die 27ma Xbris Princeps Transil
electus fuisset, cæteras inter curas graves sane
et molestas, nunquam popsit Studiorum curam
quin potius perpetuum cum Viris eruditis Col-
loquendi et familiaritatem amat. Tandem
anno Principatus sui Primo, nempe AC. 1622. Ani-
mum ad fundandum Nobile aliquod Gymna-
sium in Transilvania adiecit, atque tum sta-
tim Collegii istius Quinq; Albano N. Enyedensis pri-
ma fundamenta posuit. Extat ea de re Confer-
ipsa Articularis Receptarum in Transilvania
quatuor Religionum, Diaetaliter Conclusa, ipso
eodem Anno 1622. Locum Gymnasio constituendo
delegerat pijssimus Princeps Albam Juliam,
quæ et Sedes habitationis Principatus fuit,
quota

quo ita perpetuo quasi Ante oculos haberet Musas ipsas, Animum[que] suum proclari instituti quotidia-
na contemplatione oblectaret. Atque iam ab illo
tempore Collegium hoc Alba Iuliense fundis habi-
tationis, et proventuum variorum Amplificavit, ac
locupletavit, imo curam omnem eo convertit, ut
Sedem hanc Musarum Novellam, quam ornatis-
simam et florentissimam videre posset. Hac le
cuna nitidi legati, Viros ea tempestate celeberrimos,
variarum artium et facultatum Professores, ob
lato luculento Salario mille Florenos Rhenenses
in Transilvaniam evocavit ex Germania: uti Hen-
ricum Alstedium, Ludovicum Piscatorem, et Jo-
annem Henricum Bisterfeldium, quibus tres Ad
laboratos adiicere constituerat, qui tribus Studio-
Latinitatis Classibus praessent, atque Scholarum in-
feriorum Disciplinas traderent. Sed priusquam Pri-
stis praelatissimi itineri se accinxissent, ac in Tran-
silvaniam pervenire potuissent, optimum princi-
pem vita defecit, adeo ut hoc fructu sui instituti
frui, aut animum praesentia et laboribus illorum
oblectare haud potuerit. Crescebat nihilominus
discentium Numerus in Nobili Gymnasio Alba
Iuliacensi iam vivo Principe Gabriele Bethlen,
omniaque studia ita floreba coeperant, ut iam
tunc quadraginta essent S. Ministerii candidati
Sinthoi Togati, de quorum Vestimentis Uniformibus,
vita denique ipsa et victu ipse Princeps Gabriel
Bethlen egregie prospexerat, atque ex his varios,
etiam in Illustrem Academiam Heidelbergensem
suo Sumtu alendos et ad publica Munera for-
mandos expedivit, prout ipsi sunt litterae Davidis
Parei ad Principem Gabrielem Bethlen datae, quas
exhibet Franc. Pasor Papai in Miscellaneis Figurinis.

Viris exhaustis, perpetuoque Transilvaniae
suo desiderio relicto, fatis concessit Gabriel Bethlen
Princeps Februario A. C. 1629. Sed cum improli
esset, Haeredem sibi scripsit nunquam intermoritu-
rum, Illustre Collegium Alba Iuliacense. Nempe

Principis Gabrie-
li Bethlen pro-
vida cura in-
stauratum et lo-
cupletatum Colle-
gium Alba Iulia-
ense.

tribus Class.

sinus Coniuges habuerat Princeps Gabriel Bethlen,
primam Susannam Kendi, denatam hinc prole
A.C. 1624. alteram Catharinam è domo Bran-
denburgica, Sabinus Sigismundi Electoris Bran-
denburgici filiam, quam thoro suo sociavit A.C.
1626. Verum cum nec ex hac ullam suscepisset
sobolem, paulo ante mortem suam Testamentum
condidit, quo et de alijs rebus sapientissime pro-
vidit, et etiam iacta nuper Collegij fundamenta
felicissime confirmavit, siquidem eodem Testamento
de proventibus, de reditibus Annuis, de fundis et bo-
nis Collegij, eorumque perpetuitate provide et
sufficienter prospexit. Atque hac Legatio Testa-
mentaria Principis Gabrielis Bethlen, publicis
Regnicolarum Suffragijs, et novi quoque Prin-
cipis Successoris Consensu confirmata et corroborata
est Annis 1630 et 1631. prout fidem faciunt
Articuli 109 Approbatae Constitutionum Re-
gni Transilvanici Part. I. Titulo X.

Dispositio Testa-
mentaria Gabri-
elis Bethlen in fa-
vorem Collegii
Albensis.

Conferebat autem munificentissimus Princeps
ultima hac sua voluntate seu Testamento, Colle-
gio Alba Iuliacensi à se nuper fundato hac se-
quentia: (1o) Integrum Oppidum N. Enyed, cum
omnibus Censuum, Taxarumque proventibus, acce-
sionibus Oratiis territorii eius. (2o) Pagos Oppido
N. Enyed circumiacentes, Mirislo, Vel-Enyed,
Musina, Detse, item portiones Possessionarias Ti-
vay, Bejenyö et Hemingfalva. (3o) Taxam
Oppidi Debrecziniensis quae quotannis ad 2000 flo-
renos Hung. exsurgebat, atque usque ad A.C.
1685 Collegio huic nostro à Debrecziniensibus absque
ullius renitentia prostare solita fuit. (4to) Vineam
in Promontorio Tokaiensi iacentem Kietam
Hétpöllö. quae tum 9000 flor. Hung. aestimata est,
quam Georgius Rakoczius I. Successor Princeps
occupatam nulla impensa bonificatione Collegio,
Haeredibusque suis reliquit, qui ubi post varias vices
decreto Regio proscripti fuissent, ipsa Vinea

Ejusdem

Fisco essit, in cuius potestate hodie quoque est. (5to.)
Eodem Testamento legaverat Princeps Gabriel Be-
thlen Collegio Clerodiensi quondam Regium 9000
Talery estimatum, quod item memoratus Georgius
Rakotzi I. ergo litteras Resignationis assecuratorias pro
ripuit. (6to.) In dre pdrato Reliquerat Summum
10000 Flor. Hungar. in Ratidnem Collegii Albensis.
prout videre est in Approbat. Const. Part I. Titk. Art. I.

Id hanc quoque Summam Filius Princeps Rakotzius
ab executore Testamenti fratre Principis Gabrielis,
Stephano Bethlen sub pretextu exhausti Erarii
publici, per Speciem mutui ad se traxit, quam
postea ad manus Ejus cogi Reformati Georgii Pulai
maiori ex parte dre parato solvisse fertur; licet
ex Johanne Bethlenio Histor. Lib I. p. 22. aliquo
modo colligi possit Eum hanc quoque pecuniam
Filiabysse. Ade fere illa sunt immortalis Beneficii
pignora, quae Munificentissimus Princeps perpetuam
Collegii à Se constituti fundum ultima Sua Volun-
tate esse voluit. Locum autem Collegio delegerat
Albam Juliam, quoita tem quâ mire delectabatur,
ingite ante oculos haberet. Erat nimirum intra
Urbem Monasterium quod Sam Veter, et collapsum,
prope ad Templum Batorianum quod Princeps Ga-
briel Bethlen, e' ruderibus excitabit, et reedificari
iussit, ac pro interim Alumnis suis, caterisque studij
operam navantibus inhabitandum concessit. Proprius
tamen instituti Collegii locus alius futurus erat.
Nempe verebatur Sapientissimus Princeps, ne sors
aliquando mutatis in Aula Principali cum Religione
Saeris, item quisquam Collegii novere posset de
fundo Habitatibus: proinde coemtis dre parato
multorum privatorum Aedium fundis, Albae Juliae
in Area satis capaci, magnificentissimum Aedi-
cium ducere decreverat, Docentium inusta et Disci-
pulis usibus et Habitationi destinandum. Sed
quia tale aedificium pro voto Principis ipso vi-
vente, ad Supremum Lapidem perduci haud po-
tuit, in Sumtus necessarios operi absolvendo,

moriens

Loco Collegii Al-
bae Juliae, ibique
aedificium Magni-
ficum, quod Prin-
ceps Gab. Bethlen
inchoavit, Rako-
tzius absolvit.

moriey 6000 Florenor Hung. Summam legavit. Succes-
sor eius Georgius Rakotzi I. inchoatum edificium
magno studio et diligentia promovit, aedes quidem
ut proprijs quoque Suis Equis lapidey et arenam
advehi iusserit, prout memoriae proditum est.

Fundati hac ratione Collegij tutelam Su-
premam quoad vixit tanquam Pater Patriae
et Ecclesiae ipse tenuit Princeps Bethleniy, post
fata sua tantem legavit Illustr. Comiti Fratri Su-
premo Beno Bethlen Summi Gubernatori, proinde
autem Curam Ejus copiae Sub idem Ref. Religionis de-
mandavit, qui more eius temporis Principii ipsi et
Collegio adhabitabant, atque tum inter Studiorum
rationibus, cum lotij Collegij bonis et proventibus
inspiciebant. Professores primi uti iam supra com-
memoravimus ab ipsomet Principe Gabriele Bethle-
nio ex Germania arcessiti fuerant: Henricus Al-
stedius, Ludovicus Piscator, et Henricus Bisterfel-
dius, qui tamen non Ante tempora Georgii Ra-
kotzii I. in Transilvaniam appulisse, aut mu-
nere Suo fungi coepisse observantur. Hi igitur
primi fuerunt, qui in Collegio Alba Iuliaensi
munere Professorum functi fuerunt, et Alstedius
quidem Vir multiugae eruditionis, et πολύμαθης,
cum nativa gentis nostrae barbaria aliquandiu
conflictatus, hic in nostra Transilvania, quan-
tum constat Sub Georgio Rakotzio I. laboris im-
mensi: Piscator unde venerat in Germaniam
remigravit, Sultz Bisterfeldius diutius hyemi-
xit, mortuus in Tamia sub Rakotzio II. Eius
Legij Sepulchralis vigil est in Arce Alba Iulia
densi Hyeme ad A. huius Seculi XVIum, quando
Nova Arcis Caralina fundamenta ideta sunt,
et vetera monumenta fuis locis disturbata.
Suspectus fuit hic Bisterfeldius inter Transil-
vanos Artis Magicae, Sinistraeque audit apud
populum propter ignorantiam eius temporis,
vbi, qua factum est ut vera Verum naturalium
Cognitio, fabulis mirijs involveretur.

Orbato

Primi Professores in Collegio Al-
ba Iuliaensi, eorumque fata.

Orbato Collegio Alba-Juliacensi tribus illis Professoribus ex Semb[ri]a acutis, de alijs in eorum locum Suffici endis cogitatum fuit. Iam ante hoc tempus dat Comm[en]datus fuerat Principi Georgio Rakotzio II. Suffragijs Professorum Jo Barnay Apatzai Transilvanus, unus ex Alumnis, qui in Alba Juliacensi Gymnasio studijs litterarum diligentem et laudabilem operam impendebat, y proinde Com[mun]ibus Sumptibus in Academiam Ultraiectinam expeditus, Decessu ejus in Professoratu Successor parabatur, et Sane apud Ultraiectinos comoditate, tanta felicitate condidicit linguas Orientales, ceteraq[ue] Scientias, ut non solum eximia Nominis fama, et gratia apud peregrinos valeret, sed etiam ad Professorij munus in eadem Academia sustinendum honorifice invitaretur. Interim Cum ille peregre abesset, denato Dysterfeldio, Suffectus est Isacus Basirius Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter, et Regal. Doctor. Hic ob turbas in Anglia eo tempore exortas, exul, agebat Cantabrigiæ, apud Oratorem Legni ejusdem Angliæ, huius Operæ Com[mun]endatus Legato Transilvanico Georgij Rakotzij, et ipsi quoque Principi, Cantabrigiæ in Transilvaniam arcessitus est, et vocatus Principis Rakotzij II. A.C. 1655. munere, Professorij honorifice functus est in Collegio Alba-Juliacensi.

Professores qui post illos dictos illos Germanos Vivas in Collegio Alba-Juliacensi successerunt.

Fata Professorum Alba Juliacensium, et inprimis Johannis Apatzai.

Redierat inter hos ex Belgio in Transilvaniam etiam Jo Barnay Apatzai, licet ibidem tanta ac fœlici manendi conditio, cum autem fortuna Collegij Alba-Juliacensis ipsum quoque caperet, Cantabrigiæ et in eodem Collegio Græcas profiteri. Mu[n]ere admodum Virgilium forte suis Auditoribus explicare operæ pretium quidem et tanta eruditionis fama præditus, modo Geographi, modo Physici, et Astronomi partes agendo, ut hac ipso maxime tempore sibi apud Socios laborum, præsertim apud Basirium invidiam conflaret, adeo quidem ut tanquam maximus Reip[ub]. perturbator, et Com[mun]i bono Hostis apud Principem Geor. Rakótzium II adjuvaret

adcuyaretur, tamque Atris Coloribus depingeretur, ut
parum abesset, quin ex Albensis Herrij pastigio pro-
cipitaretur, eludeique hac morte dignissimus iu-
dicaretur, Principe Rakatzio Clientem hum Isa-
cum Basirium singulari favore protegente. Ta-
cum tamen et opera Padislitetesturii, qui Prin-
cipi addictissimus erat, ut Delinito ipso, Johan-
nem Apatzai in Gymnasium Claudiopolitanum trans-
ferretur, cuius prima fundamenta ipse Princeps
Gabriel Bethlen patriter iecerat; atque ita Jo-
hannes Apatzai, de Encyclopedia Hungarica
aliisque operibus notissimus, periculo gravi subla-
tus est. Mortet ipse Isacius Basirius Anglus,
sedatis in gente hac civilibus turbis domum in
Angliam reversus est.

Tali modo se habuit Collegium à Principe
Gabriele Bethlenio Albæ-Julii fundatum, sub
ipso eodem Principe, atque sub eius Successori-
bus Georg. Rakotzio I.mo. et Rakatzio II.do. Cum
ratione externa fautorum: tum etiam ratione
interna Studiorum, Discentium, denique et
Docentium. Perstitit autem hoc Collegium,
floruitque Albæ-Julii usque ad temerariam
ex infelicem Expeditionem Georgii Rakatzii II.
quam in Poloniam A.C. 1657. suscepit, de
qua quidem Expeditione cum ordo narrandi
ad huius Principis Historiam nos deducet, tum
ex Professo dicemus, nunc tamen pro clario-
ri præsentis Argumenti notitia, nonnulla
Capita commemoranda erunt. Primum ac-
cidebat Georgius Rakatzii II. Coronam Polo-
cam, quam cupiditatem à Patre suo hæ-
reditario iure acceptam, aliquandiu quidem
celaverat, sed cum Poloni bello Suecico et
etiam cum Cosacis implicati tenerentur, tam
commodam fore ratus occasionem Rakotzius,
frustra dehortantibus à proposito Romano Ora-
tore, Porta Ottomanica, et etiam Chamo
Tartarorum, frustra etiam minas inter Gentes
Expedi-

expeditionem suscepit in Poloniam cum delecta Hun-
garorum manu, cuius quidem eventus infaustus fuit ut
totus pene eius exercitus dissiparetur, et deleretur,
ipse cum trecentis circiter Comitibus continuato
per complures dies itinere, inglorius rediret, post-
quam Datis obsidibus A.C. 1658. cum Polonis pacem
facere compulsus fuisset, prout rem memorat
prodidit Johannes Bethlenius Historiar. Lib ii. p. 38 et 39.
Sed hoc Calamitatis initium tantum malorum fuit, gra-
viora quippe sequuta sunt eodem anno 1658, quan-
do furiis temeraria illa Rakotzii expeditione
offensi, Tartarorum vindices in Transilvaniam usque
venerunt, qui ferro, flamma, caeteris que malis
in Transilvania desevientes, uni quasi igni omnia
invaluerunt, de qua Transilvaniae ruina ita scri-
bit Johannes Bethlen Histor. Lib ii. p. 63. qui tum
cum maxime publicae Calamitatis testis oculatus
fuit. „Nadirem melioremque Transilvaniae for-
„tem perisse, atque in favillas redactam fuisse,
„dixisse sufficiat. His malis cum abrutum fuit
etiam Oppidum Alba-Juliacense, patuitque
furori barbarorum ipsa Aula Principalis et
Collegium ipsum, quae singula penitus exhausta,
desolata, et devastata fuerunt, Studiosorum
cum ibi agentium, Studiique incumbentium
parte à Barbaris caesa, parte autem in Ca-
ptivitatem rapta. Pauci ex hac clade Se-
nescitis, quos fors et fortuna servabant diversi
sunt, nonnullis Claudiopolim concedentibus,
quos Johannis Rhatzai, Sui quondam in Col-
legio Albajuliacensi Magistri Charissimi
studium eo pellicuebat. Hic igitur Hospes illa
turba Conflixit, Professorem ipsius nostra Virum
Cl. Petrum Vasdr Bellyi, qui Principi Achatio
Bartsai à Sacris Aulicis fuerat A.C. 1659. Hun
nempe Claudiopolim revocatae sunt Lacinia
Collegii

Fata Collegii Albæ Juliaven. sis, postquam Claudiopolim transmigrasset.

Collegii Albæ Julianensis, ipsa quoque Typographia protegente ipsam Urbem Georgio Rakotzio II. sed mox offenso vehementer Turcarum Imperatore à Rakotzio, Dudeusem ille purpuratum misit, qui A.C. 1660 validum in Transilvaniam misit exercitum, castrisque ad Oppidum Feny haud procul Claudiopoli positis, Rakotzium adortus est, quo prælio non modo victus est à Turcis Georgio Rakotzi II. sed gravissimis acceptis vulneribus, ipse quoque ita fractus est, ut Varadinum in Bihar Comitatu situm, decimo octavo die post initum prælium expiraverit. Post cujus decessum inter diuturnas Ambrum Arma Civilia, et gravia Patriæ discrimina, inter æmulos Principes languebant Musæ Transilvanicæ, neribatq; omnis Studiorum vigor: Donec A.C. 1661. Michael Apafi. præter omnem suam spem ac cogitationem singulari plane Dei providentia, Purpurato Imperatorij Turcarum Ali Bassa dicto, à Proceribus Trānici Comendatus, ex Arce sua Apafalu seu Ebesfalva ad Castra arcessitus, et communi Consensu in Principem Trānici creatus fuisset. Eguidem paulo post rem amoguente C. 1662. Johannes Kemeny Duce Ungarorum Rakotzii II. numerato cum Exercitu Supervenit, Turcis abeuntibus, æmulumque suum Apafium Principatu pellere cogitans, castra ad Urbem Segesvarinam collocavit, eo quidem fine ut Michaelem Apafium, tum ibidem commorantem, captivitati mancipare et. Sed male succesit Consilium, Siquidem à Turcis interceptis Duce Keutruk Mehemet non modo ab obsidione Urbis repulsus est Johannes Kemenyius, sed rejectus ad pagum Nagy-Ezöly prælium mire comparatus fuit cum Purpurato Turcico, quo in bello victus ipse quoque acubuit,

Siquidem

Apafi Michael in Principem Trānici electus. A.C. 1661.

Siquidem De quo collapsus, et accepto vulnere
verso allipso, Ungulis quorum protritus est, prout
Scribit Johannes Betblen per id tempus Regni Can-
cellarius Historiar Lib. III. p. 287. Hoc modo con-
firmatus in Principatu Stephano, de religionis exer-
citu Hemenyiani profligandis, serio cogitavit.
In variis Siquidem Transilvaniæ nobilioribus
civitatibus præsidium collocaverat Johannes
Hemeny, veluti in arce Devensi, Fogarasiensi,
et Claudiopolitana, ubi et Lauri nidi Collegii nostri
recollecta hærebant. Cum igitur post ejusdem Prin-
cipis Hemenyii, cæteri Præfidiarii, Arcibusque Com-
mendantes, fidem in fidem Stephani Principis con-
cessissent, Sola Claudiopolis superierat, quæ se ar-
mis tuebatur, atque in Vicinam graves excursio-
nes faciebat. Ad expugnandam ergo hanc Urbem
ipse in persona cum proceribus Transilvaniæ Ma-
gnatibus Expeditionem suscepit Stephanus, quo in
itinere cum Castra ad Oppidum Hidvég prope
set, aliquamdiu ibi moratus, Consilium cum Pro-
cibus agitare cepit, quid cum Collegio faciendum esset,
quod nunc Claudiopoli moderetur. An pro arbi-
trio in Approbatis Constitutionibus Regni Trans-
part. I. Tit. X. Articulo I. constituto Claudiopoli
relinquendum, amplificandum et confirmandum
esset? Vel vero Albam Juliam reducendum?
Sane ipsi Principi Stephano ea Sedebat Sententia,
Collegium Albam-Juliam esse reducendum, quo
ita Regiæ Suæ Vicinum haberet, Regue eo fa-
cilius oblectaretur. Sed Johannes Betblen Re-
gni Cancellarius, Vir magni Consilii, multis Ra-
tionum momentis Principi et Proceribus per-
suadere conatus est, nullum Collegio Commodio-
rem posse Deligi locum Oppido N. Enyed, cum
ob Situm tum Aeris jucundum, tum etiam ab
bona

Occasio trans-
lati Enyedi
num Collegii.

Collegium Al-
bense ex tribe
Claudiopolitana
in Oppidum
N. Enyed tran-
latum.
A.C. 1662.

bona possessionaria, que ibidem in Oppido atque in pagis circumiacentibus ad Collegium Albense perti-
nerent. Postquam ergo Primelys Stypatius Consilio Do-
